




BADWELLUS DE CONJUGIO. 1581.










Pages 171



Claudius Baduellus

DE RATIONE VITÆ STVDIOSÆ AC LITERATÆ IN MATRImonio collocandæ & degendæ.

CVM PRÆFATIONE GREGORII BERSMANI Annæbergensis,

ITERVM EDITVS.





LIPSIÆ.

AD ORNATISSIMVM VIRVM M. SEBASTI. LEONHART. ILlustriſs. Prr. Ducum Sax. &c. Coburgi præceptor. dignißimum amicum & compatrem S. Cariſs.

Epigramma προσφωνητικόν.

Non, quo more olim Vulpes mutilata flabello
Deformitatis vt ſuæ ipſa dedecus
In turba occultaret, onus præcidere caudæ
Vulpecularum uafra ſuaſit cœtui,
Auctor coniugij, vitæ ſuaſore iugalis
Ero libello, docte compater, tibi
Iam coniux ego ſeptennis. Non iſta bonorum,
Sed ſuaſionis ſunt malorum propria.
Ipſe legens hunc & relegens, quo caſtior alter
Vix eſt, venuſtus aut magis, libellulum,
Conſilijs vtêre tuis: num cœlibe malis
Algere lecto, quàm calere compari.

Seba-

Sebaſtianus Gryphius pio Lectori ſalutem.



VAE de genere vitæ literatæ ſcripta ſunt, Lector, in hoc libro: ea eiuſmodi ſunt, vt ad aliam quamuis rationem, quæ Christiana ſit, rectè accommodari poſſint. Ea enim hominis literati, eiuſq; vxoris informatio ad vnumquenq; pertinet, qui Deum metuit: eaq; colenda eſt ei, qui ſuum munus & officium, Deo in primis probare vult. Etſi enim diuina ſapientia in ſacris literis habet doctrinam inſpiratam diuinitus, ac traditam, quæ omnem hominem in omni vitæ genere atq; opere inſtituat atq; perficiat: hæc tamen de vno ſtatu copioſius accuratiusq; ſcripta, ad omnem aliam Chriſtianam profeſſionem informandam, & regendam non parum adiumenti afferent. Profeſſio literarum in coniugio collocata hic inſtituta eſt, & vita coniugum eo in genere

castè, modestéq; viuentium conformata. Sed quisq; pietatis studiosus, hanc vitæ studiosæ institutionem ad suam quoque transferre potest: eaq; hinc desumere quæ ad cultum Dei in suo instituto præstandum pertinent. Etenim multæ quidem & variæ sunt vocationes, atq; munerum functiones: sed vna tamen communis omnium professio est, in pietate ac religione constituta, quæ in omni vitæ munere præstanda est. Eam cùm in studio optimarum literarum præscriptam habeas, ad propriam rationem tuam debes, tuumq; officium & mores in sanctitate atq; modestia conformare. Itaq; te etiam atq; etiam hortor, vt ista quæ piè quidem scripta sunt studiosè legas: fructumq; pia & autoris scriptione, & lectione tua non indignum percipias.

Vale.

GREGORIVS BERSMANVS BENEVOLO LECTORI S. D.

PRVDENTIAM NON modò principem & matrem virtutum omnium, ſed etiam ducem ac magiſtram vitæ, (ita enim interpretamur, quod apud diuinum Platonem dicitur, ὅτι φρόνησις μόνον ἡγεῖται τοῦ ὀρθῶς πράττειν) cenſuêre omnes, quotquot & ingenij acumine, & iudicij dexteritate inter philoſophos præſtiterunt. Cum enim virtutum quarumcunque actio, quæ ipſa & laudem earum perficit, à recto proficiſcatur rationis iudicio, conſilioque conſtet ac propoſito, ad quorum moderationem prudentia omnino opus eſt: quis non videt, nullam honeſtatis partem virtutis huius vſu vacare poſſe? Quæ in mente, tanquam ſede honoris ſui, ac ſella quadam curuli collocata, & iuſticiæ officia præſcribit, & quæ fortitudinis munia ſint, quæ temperantiæ partes, dictitat: & omnino actionum omnium laudem explicat, ac gubernat.

Atque vt, quod diximus, cùm summorum virorum testimonijs, tum si quis re ipsa, quàm autoritatibus niti malit, rationibus exquisitis planum fieri potest ac confirmari: ita vsus vitæ docet, ad res gerendas opus esse & perspicientia quadam, ad cognoscendum scilicet quid in quaque re verissimum sit: & sollertia, ad explicandas rationes atque consilia in ijs, quæ perplexa sunt, atque impedita. Quibus vtrisque ad deliberationem adhibitis, & in consultando minus erratur, & in dijudicando statuendoque eo quod rectum est, quod honestum, quod vtile, sententia fertur maturior, magisque considerata. Atque id cùm in constituenda totius vitæ ratione, sedulò & accuratè fieri ab vnoquoque debet, vt in consilium nimirum adhibeat moderatricem hanc rerum cùm publicarum, tum domesticarum ac priuatarum, (quæ præteritorum memoria instructa, magistraque experientia edocta, non præsentia modò cernit, sed similitudines comparando, & disiuncta coniungendo, etiam futura quæ sint, præuidet, ac mentis sagacitate anteuertit:) tum in deliberatione de contrahendo matri-

matrimonio, quæ eſt vna omnium difficillima, inprimis hac conſultrice, prouida vtilitatum commoditatumq; omnium, eſt vtendum. Pleriq; enim vigentis adoleſcentiæ annis, cum ineſt maxima conſilij imbecillitas atq; imperitia, cæco quodam amoris impetu commoti, ac feruore iuuenili inflammati, ante implicantur coniugio, quàm quod illud vitæ genus ſit, iudicare potuerunt. Multi formæ venuſtate allecti, plures dotis magnitudine ineſcati, neq; pauci ſplendore generis faſcinati, his autoribus & conſuaſoribus agunt omnia. Alij ad parentum ſuorum conſuetudinem moremq; deducuntur: neq; nulli multitudinis feruntur iudicio, quæq; maiori parti optima videntur, ea maximè conſectanda ſibi exiſtimant. Quos, meo quidem iudicio, ſatius erat, cum animis ſuis conſiderantes illud Pub. Syri, Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel: Et hoc item alterum, Deliberare vtilia, mora eſt tutiſsima: diu ſecum multumq; deliberare, atq; ad naturæ ſuæ rationem, vitæq; inſtitutum, conſiliū conferre omne. Præſertim cum in deligendo matrimonio, ſi quid erro-

ris acciderit, (accidit autem ſæpiſsimè) non, quod alijs in rebus facere in promtu eſt, cum quis fortè ſe erraſſe intelligit, rationem & conſiliorum mutationem inſtituere cuiquam ſit integrum: ſed aut ſtulticiæ pœnam luere, aut negligentiæ culpam præſtare oporteat ſempiternam. Verùm enimuerò, cum maximè rarum ſit hoc genus eorum, qui aut ſingulari ingenij ſolertia, aut ſapientiæ copia, aut vtraq; re inſtructi, quod in rem ſuam ſit, conſulere ipſi poſsint: cui quidem facultas iſta prudentiæ non ſuppetit, Heſiodeum hoc audiat:

οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει,
φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἦσιν ἀμείνω,
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ,

atque cum ſibiipſi ſapere nequeat, ſaltem bene monentibus aures præbere, eorũq; ſubiectionibus obtemperare non recuſet. Ac cùm ex Platonis quoque ſententia, prudentiæ autor ſit Deus, parũq; poſsit intelligentiæ humanæ perſpicacitas, niſi Dei æterni prouidentia dirigatur ac gubernetur: qui hanc vitæ coniugalis viam ingreſſuri ſunt, operam ante omnia dabunt,

dabunt, vt Deum ſibi conſiliarium, atque in rei tam arduæ conſultatione atque effectione moderatorem, pia ac religioſa nominis diuini imploratione aſciſcant. Abſq; cuius conſilij communicatione, atq; auxilij ſocietate, nulla deliberatio à nobis ſatis prouida ſuſcipi, nulla electio ſatis accurata haberi, multò minus, quod geritur, feliciter procedere, atque euentus poteſt ſortiri proſperos. In illius præpotente manu, conſiliorum actionumq́ omnium exitus ſunt, & (vt Pindari verba huc aſſumamus) ἐν θεῷ τούτων τέλος. Vidit hoc veri Dei ignara, ſed non ſtulta antiquitas, quæ non modò malè ominatis diebus connubijs ſolebat interdicere, ſed etiam primo nuptiarum die, cum deſponſatio futura eſſet, ad huius ſolemnitatem familias nobiliores, non niſi auſpicatò conuocare. Peractis auſpicijs, illico rem diuinam faciebant, atque immolato Iunoni porco, quod illius numen, ſacrum nuptiale parantibus, ſanctum inprimis erat & religioſum, Iouem præterea inuocabant cognomento τέλειον, & Venerem, cumq́ hac Dianam Cinxiam, ac Suadelam. Etſi autem ſu-

perstitiosa ista auguriorum captatio, ac cultus numinum profanorum minimè probandus est, immò detestandus maximè ac deprecandus: tamen quæ in eo apparent, ad matrimonium incundum attentionis cura, atque pietatis qualiscunque studium, haudquaquam reprehendenda sunt, sed potius adoratione veri Dei, (qui est Deus pater, autor & præses coniugij vnicus: qui est Deus filius, solus paranymphus: qui est Deus Spiritus sanctus, conciliator optimus,) matrimonium inituris studiosè imitanda, atq; anxiè consectanda. De qua vnius & trini Dei, in coëundo coniugio, ardenti inuocatione diligenter facienda, præter complura alia prudentiæ & circumspectionis, & cautionis in hoc vitæ genere constituendo, præcepta sedulò tenenda, piè, sapienter, & eruditè admodum, in hoc, quem tibi lector beneuole, de alieno largientes offerimus, libello differitur. Cui quidem de ratione vitæ studiosæ ac literatæ in matrimonio collocandæ & degendæ, autor illius Claudius Baduellus, homo, vt existimare licet, & pietatis religiosæ studio, & sapientiæ copia, & doctrinæ eruditione præstans,

titu-

titulum fecit. Quo ſanè in poſterum (niſi valde me animi inductio fallit) & autore ſapientiſsimo, & conſiliario fideliſſimo vti poterunt omnes, οἱ μὴ αὐτοῖς πάντα νοήσαντες, (vt cum Heſiodo loquar) ad vitæ coniugatæ, qua nulla honeſtior eſt, nulla Deo immortali gratior, nulla propagando generi humano magis neceſſaria, ſocietatem ac conſuetudinem, natura duce, comite amore, deducuntur. Etſi enim, quæ in aureolo hoc commentario diſputantur, id quod de inſcriptionis indicio cognoſcitur, ad vitam hominum literatorum potiſsimum accommodata ſint: (quarum quidem literarum & doctrina, & laudes veriſsimæ hîc attinguntur:) tamen eiuſmodi illa quidem ſunt, vt ad quamcunq; aliam vitæ rationem, ſaltem à profeſsione Chriſtiana non abhorrentem quadrent, transferrique ab vnoquoq; intelligente rectiſsimè poſsint. Ego quidem, cum huius opuſculi ante annos XXXIII, Lugduni apud Sebaſtianum Gryphium impreſsi, typographo noſtro copiam feciſſet, Chriſtophorus Curio, iuuenis doctrinæ liberalis & inprimis LL. ſtudijs ornatiſsimus: non modò autor illi fui

editio-

editionis huius & adornationis, verum etiam à me petenti, vt aliquid ad hanc operæ conferrem, absq; vlla laboris & occupationum exceptione, quibus obruor magis quàm oneror, haud grauatus annui. Itaq;, etsi mea quasi præconis voce, commentatiunculæ huic opus non erat, cui, vt probæ merci, videbam facilè, vel absq; vllius præconio, repertum iri emtorem: tamen petitioni hominis amici hac qualiscunque præfatiunculæ adiectione morem gerere volui, meaq; commendatione velut hederam suspendere vino minimè illi quidem inuendibili: idq; propter nostros homines potissimùm, qui ob autoris nomen sibi ignotum, (sicut ferè est ignoti nulla cupido, secundum Nasonem) disputationem hanc minus auidè erant cogituri. Atq; id eò feci libentius, cùm quod gratum sibi hoc officio fieri amicus noster significaret, tum quod-ἄνδρα ὠφελεῖν ἀφ᾽ ὧν

ἔχοι τις καὶ δύναιτο, κάλλιστος πόνων

mihi videretur, de σοφοῦ Σοφοκλοῦς sententia. Quod factum studij recti, ac voluntatis officiosæ, benigne Lector, vt eo animo accipias, quo à me profectum est, maiorem in modum rogo, & obsecro.

cro. Non hoc mei propositi fuit, vel ingenij in his prolegomenis vim aliquam, vel doctrinæ facultatem venditare, quæ sentio, quàm in me ambo sint exigua: multò minus verborum aut sententiarum pigmentis fucum tibi facere volui, vt de laudatione mea merces tibi obtruderentur fallaces, parumq; probatæ. Tota res tibi ad cognoscendum est proposita, tu oculis de hac tuis ipse, tu proprio vtêris iudicio, neq; verò tibi à me persuaderi patieris quidquam, de quo non αὐτὸ τὸ ἔργον, quod dici solet, artificem demonstrando, fidem meis verbis fecerit. Vale benigne Lector, & his interim fruere, dum quid proprij operis è nostra tibi proferatur officina, quod Deo æterno adiuuante, & otia nobis faciente, ac vitam suppeditante, fiet in posterum.

In Commentationem CL. Baduelli de coniugio literatorum.

SI, prisca quod gens autumat, sunt virgines
Iouis satu ter tres sorores editæ,
Cur matre natum Calliopa nos credimus
Vatem, sua qui fraxinos traxit lyra,
Cursusq; fluminum est moratus incitos?
Cur matre Rhesum Terpsichora, Vrania Linum
Cretos, vetustas non inepta prodidit?
Non cœlibes ergo fuêre, nec tori
Rudes iugalis, quæ dederunt liberos:
Harum nec asseclas in algido decet
Strato, carentes compare exolescere:
Quod Baduellus hoc catus libro docet.
Tu cœlibatum prædices cuculliger,
Auceps luparum, castitatis proditor,
Mea cubare me iuuet cum coniuge.

In eandem.

Bellus homo est, bellos iungens Baduellus amores,
Accubet vt docto casta puella viro.

Nil

EPIGRAMMA.

Nil est ingenio, nil morum dote bonorum,
Pulcrius amborum nil quoq; coniugio.

Gregor. Bersmanus Prof.
publ. in Acad. Lipsensi.

In eundem libellum epigramma Christophori Curionis Lipsensis LL. studiosi.

Legit vt hunc cultor Musarum fortè libellum,
Exiguo secum murmure lætus ait:
Hactenus heu falsò studijs contraria nostris
Sum ratus, & fugi fœdera sancta tori:
Sed genus hoc vitæ, studijs Baduelle seueris
Aptius, ad Musas commodiusq; doces.
Cœlebs vita vale, ter tres ignoscite diuæ,
Addetur vestro dena puella choro.
Dixit, & adsciuit thalami sibi iure puellam,
Exosus vacui frigida fulcra tori.
Hinc cernit natos, hinc patris nomine gaudet,
Nec minus Aonias ardet vt antè deas.

Epigramma.

AD DOCTISSIMVM OPT. ARTIVM MAGIStrum Gregorium Bersmanum Academiæ Lipſenſis Profeſs. Publicum & Poëtam ſuauiſsimum.

SIc te mutatum video Bersmane diſerte,
Lipſiacæ celebris fama decusq; ſcholæ?
Vt non ingenij cognoſcam ſigna prioris?
Viciſti, & tandem te quoq; vicit Amor.
Scribis vera, piè ſentis, doctiſsima profers,
Et ſunt diuinæ ſingula mentis opus.
Gratulor ergo tori ſociam, ſociamq; laborum,
Ac tibi cum Muſis ocia grata precor.
Ipſe quoq; exemplo, ſcriptoq; edoctus amici,
Coniugij patiar vincla, fauente Deo.

Sebaſt. Leon-
hart.

Clau

CLAVDIVS BADVELLVS

DE RATIONE VITAE studiosæ, ac literatæ in matrimonio collocandæ, & degendæ.

AD ORNATISSIMVM VIRVM ATQVE DOCTISſimum hominem Ioannem Maſſecalum, ſummæ Curiæ Thoſolanæ primum præſidem.



VANTA SIT, PRAEſes, humani ingenij non ſolum imbecillitas, ſed etiã prauitas ac peruerſitas, in ijs rebus inſtituendis, quæ ad vitam coendam pertinent, cùm ex multis alijs ntelligi poteſt, tum ex hoc, quod tam æpe, tamq; diligenter in diuinis literis Deo admonemur, Ne prudentia noſtra nitamur, neq; nobis ipſis confidanus: ſed omnia noſtra conſilia, omnemq; vitæ & inſtituendæ & moderandæ rationem ad diuinam ſapientiam atque autoritatem reuocemus. Quid enim

Genus vitæ ex verbo Dei inſtituendum.

 eſt ho-

est homine vanius, & ad prauas opiniones, omnesq; errores magis pronum atq; proiectum? Quid tantis ignorantiæ cæcitatisq; tenebris est implicatum quantis humanum ingenium sibi confidens implicatur? Quid verò tam confidens, audax, tamq; temerarium, quàm hominis animus, in ijs præsertim rebus constituendis, quas & hominibus, & Deo inprimis probari vult: in quibus si aliqua species religionis affingi potest, tum vix dici potest, quantum spiritus quantumque arrogantiæ sibi sumat, quamq; perniciose tum sibi, tum alijs plerunq; consulat. Est enim in natura ipsius hominis insitus, vel potius innatus amor sui, qui à Græcis φιλαυτία appellatur: qui quidem facit, vt homo se ipsum, suaq; omnia nimium & amet, & probet, ac admiretur. Is autem amor cum sit planè cæcus & inconsultus, per sæpe accidit, vt in iudicando & deliberando mentis iudicium à veritate abducat, & ea ad consilia deducat, quæ magis valent ad perniciem, quàm ad salutem. Quod si etiam accedat consuetudo, quæ tanquam nutrix suscipiat, alat ac confirmet, quod ab errore prauaq;

Amor sui.

opinio

pinione partum eſt, tum verò huiuſ-
modi humana inſtitutio tantum ius
ſcipit, tantamq́ autoritatem, vt hu-
ana temeritas diuinæ ſapientiæ longè
nteponatur, ipſaq́ veritas ſuperetur à
endacio ac vanitate. Itaq́ euenit, vt
uæ à Deo ſunt inſtituta ac mandata,
a negligantur, pro nihiloq́ habeantur:
uæ verò ab hominibus inuenta & in-
roducta ſunt, ea ita ſanciantur & co-
antur, vt ad omnem vitæ perpetuita-
em permanſura, ſuamq́ autoritatem
c religionem inuiolatam retentura vi-
leantur. Longa eſt oratio, qua poſſem
demonſtrare hanc humani ingenij vel
temeritatem in rationibus vitæ compa-
randis, aut potius comminiſcendis, vel
ſummam arrogantiam in ijſdem com-
mendandis atq́ imperandis. Sed Ma-
trimonium, de quo nobis hæc inſtituta
diſputatio eſt, vnum pro multis exem-
plum nobis erit, in quo facilè cognoſce-
re poterimus, quanto plus in vita inſti-
tuenda audacia hominis ſibi tribuat,
quàm Deo, ad cuius conſilium atq́ ar-
bitrium tota ratio vitæ noſtræ eſt con-
ferenda. Nam cum coniugij ſancta mo-
derataq́ inſtitutio cæteris omnibus re-

bus, quæ à Deo hominum generi tri-
butæ sunt, & dignitate præstet, & vtili-
tate: tamen nescio qua impietate i-
tantum contemtum venit, vt prophan-
propè & à Christiana religione alien-
habeantur qui hoc genus vitæ suscipi-
unt. Sancti verò ac diuini, qui contra-
riam vitæ rationem diligunt. Neq; ve-
rò ita sentio, Cœlibatum esse hominum
inuentum: sed donum Dei singulare
institutumq; diuinum, si castè, pudic-
ac piè traducatur. Cuius tamen non it-
est amplificanda gloria, vt Coniugij
quod etiam à Deo est institutum, digni-
tas minuatur, præsertim si ij, qui in ma-
trimonio degunt, castius ac modestiu-
viuant, quàm illi, qui in cœlibatu ac-
quiescunt: ad quem si naturam afferunt
intemperantem, animumq; magis libi-
dini, quàm pudicitiæ deditum, causam
nullam video, cur illud genus vitæ ex-
tollere tantopere debeant, & coniugi-
um contemnere: vtrumq; enim diuini-
tus est institutum, & bonum ac salutare
Dei munus, si vsus bonus ac moderatus
sit vtriusque, non abusus vllus ad pro-
priam vel libidinem, vel gloriam, ac in-
solentiam adhibitus. Sed tanta est vis

Cœlibatus & coniugiũ dona Dei.

eius

ius amoris, quo quisq; se prosequitur, t iudicium veri omne tollat, animoq; as offundat tenebras, vt ne in clarissi-nis quidem rebus homines perspiciant, uid Deus velit, & natura desideret: ut si perspiciunt, contra tamen & Dei oluntatem, & suam naturam conten-ant, atque Gigantum more cum Dijs bellum gerant. Nam, quid hoc est aliud, quàm Deo improbante, & natura repu-gnante stultè eam rationem vitæ susci-pere, quam honestè ac piè tueri non possis? Quod si neque verbo Dei, ad quod tanquam ad normam vitæ omnia nostra consilia studiaq; sunt dirigenda, voluntatem eius intelligunt, neq; ex ipsa natura, quæ quibusdam in rebus dux optima esse solet, eius desiderium sen-tiunt, vsumq; coniugij necessarium & honestum appetunt, ex ea certè vitæ ra-tione, quam ipsi degunt in omni turpi-tudine, possunt satis intelligere, quod genus vitæ sit maximè, & Deo probatũ, & naturæ hominis accommodatum. Sed tantam vim habuit opinio semel suscepta, diuturnaq; confirmata con-suetudine, in eam cæcitatem homines adduxit, vt neque ea incommoda atq;

dedecora, quæ ſunt immiſta religion
videre potuerint, neque ea Dei iudicia
animaduertere, quæ in matrimonij con-
temtores, impuroſq; ſcortatores pluri-
ma grauiſsimaq; facta ſunt. Amat enim
Deus ſua opera ac inſtituta, eaq; vult
tenere eum locum, quem vnicuiq; at-
tribuit: neq; pati poteſt, vt eorum dig-
nitatem temeraria cuiuſquam cupiditas
labefaciat. Sanctificatur enim in operi-
bus ſuis Deus, cùm ea ab hominibus
cum maxima autoris laude recognoſ-
cuntur, & commendantur. Vitupera-
tur verò, cùm aut ingratè obſcurantur,
aut impiè contemnuntur. Cùm autem
Coniugium in inſtitutis Dei ſummis,
ſummisque eius erga humanum genus
beneficijs primũ locum obtineat, quòd
ab ipſo, & ab initio ad hominum ſalu-
tem fuit inſtitutum, & poſtea omnibus
ætatibus ſemper commendatum: non
poteſt non moleſtè ferre cùm illud con-
temni, aut ſperni videt, ab ijs præſer-
tim, qui alio in vitæ genere, quod im-
prudenter, aut etiam nequiter ſuſcepe-
runt, nullam non modò ſanctimoniam
ac pietatem præ ſe ferunt, ſed ne ſpeci-
em quidem pietatis, qua ſe alijs aut ven-
ditare

Genera vitæ à Deo inſtituta commendanda.

itare poſsint, aut etiam quemadmodũ
lent anteferre. Quare eiuſmodi pœnis
os affecit, & quotidie afficit, vt intelli-
ere facilè poſsint, niſi planè deplorati
ſent, atq; perditi, neq; dona Dei eſſe
perbè repudianda, neq; inconſultè ea
ffectanda, ac appetenda, quæ naturam
iperant, hominumq́; ſunt perpauco-
um: caſtitatem verò, pudicitiamq́; eſſe
uærendam & præſtandam, non in eo
itæ genere, in quo non poſsint, ſed in
o in quo poſsint. Nam id conari, quod
on poſsis, ſummæ dementiæ eſt: ten-
andi autem fallendiq́; cauſa id ſuſcipe-
e, in eoq́; cum flagitio ac dedecore
ermanere, deſperatæ impietatis. Ini-
io verò quod eſt optimum aptiſsimum-
que deligere, prudentiæ: & poſtea com-
nutare vitæ genus malè inſtitutum, vt
conſcientia ſalua viuas, ingenij non de-
plorati, & Deum metuentis. Sed ea ra- Cœlibatus ſacerdotum cur inſtitutus.
io vitæ in cœlibatu degendæ primum
uit ſuſcepta, aut potius mandata ijs,
qui res diuinas adminiſtrant, qui Sacer-
dotes appellantur, à quorum quidem
officio ac munere, quod eſt in rebus di-
uinis adminiſtrandis, coniugium alienũ
exiſtimatum eſt. Neq; id tam propter

coniugij indignitatem, & aliquam qua
in ea vita exifteret turpitudinem, quàm
propter curam atq; folicitudinem, quam
plerunq; ea coniunctio habet, quæ ad
illam fanctam occupationem, rerumq;
diuinarum curationem minimè adiun-
genda videbatur. Itaq; vt commodius
ac liberius Deo feruirent, munusq; in
Ecclefia fuum obirent, Sacerdotes à
coniugio remouerunt, omnibusq; curis
huius mundi vacuos effe voluerunt.
Neq; fuit mens alia eorum, qui cœliba-
tum induxerunt, neq; aliud quicquam
propofitū habuerunt, quàm vitæ quan-
dam libertatem, & commoditatem ad
munera Eccleſiaftica obeunda neceffa-
riam. Nec verò, quemadmodum ple-
riq; faciunt, ea inftitutione aliquid de
coniugij dignitate detrahere voluerunt,
nec ab honefta vitæ coniunctione ho-
minem abducere, nec viam ad libidi-
nem atq; flagitiorum omnium licenti-
am aperire, nec etiam maiorem iufticiæ
fanctimoniæque commendationem aut
apud Deum, aut apud homines quære-
re: fed vacuitatem tantum omnium ea-
rum rerum, quibus vita humana in ma-
trimonio collocata implicari folet. Nam

(vt ait

(t ait Paulus) qui maritus eſt,eam ſuſ- 1. Corinth. 7.
pit ſolicitudinem, vt vxori placeat,eiq́;
tisfaciat. Qui verò eſt cœlebs , con-
gioq; ſolutus , eam curam habet , vt
li Deo placeat , eiq; liberè inſeruiat.
eliqua autem, hac excepta commodi-
te , parem propè iuſticiæ & ſanctimo-
æ laudem gratiamq́; apud Deum ha-
ere exiſtimarunt , modo fides adeſſet,
uæ in quocunq; genere vitæ cum Deo
tegrè ac piè viueret, & ſe ſuaq́; omnia
udia atq; officia approbaret. Sed hi ,
ui poſtea ſecuti ſunt , eo inſtituto ita
int abuſi , vt coniugium vituperarent ,
quaſi rem profanam iudicarent , ab
oq́; quoſcunq; poſſent auocarent : ne-
ue ipſi tamen eam ducerent vitam,quæ
inſtituto , atq; ſtudio pietatis conue-
iret. Quòd ſi ſuæ profeſsionis inſtitu-
onisq́; maiorum memores honeſtius ,
c verecundius viuerent , tamen mode-
iæ Chriſtianæ eſſet , de matrimonio ita
entire & prædicare , vt is vult , qui illud
ſtituit : neq; ita ſibi placere in cœliba-
u donoq́; virginitatis ſingulari , vt alios
n diſsimili vitæ genere caſtè modeſteq́;
iuentes deſpicerent , ac pro nihilo du-
erent. Nunc verò cum ea ſit eorum vi-

tæ ratio, quæ tota libidini, tanquam prostibulum quoddam pateat: miror qua fronte, & quo ore audent cœlibatum illum pudicitiæ nomine ornare, quem flagitijs, omniq; dedecore contaminarunt. Quasi verò scortatores, & adulteri, sub prætextu cœlibatus regnũ Dei sint possessuri: ac non potius ij, qui ad quamcunq; vitæ rationem à Deo vocati in ea modestè ac sanctè vixerint. Sed Sacerdotes ista viderint, & maximè ij, qui eodem ordine locati maiorem, quàm isti impuri scortatores, tum salutis, tum existimationis rationem habent. Puto enim nonnullos esse ex eo genere hominum, qui Deum metuant, in eoq; instituto atq; ordine honestè viuant: qui vtinam eam curam solicitudinemq; susciperent, vt impudicos flagitiososq; continerent, aut, quod est facilius, loco illo ordineq; amouerent. Ita enim consulerent honori & dignitati eius instituti, quod castissimis sanctissimisq; moribus eorum, qui illud amplectuntur, in primis ornatum esse oportebat. Nunc propter multorum libidines intemperantes ac flagitiosas ita malè audit, vt cœlibatus non ad colendam pudici-

Ordo ecclesiasticus propter multorum liberas scortationes male audit.

udicitiam susceptus, sed ad libidinem
xplendam appetitus esse videatur.
riores quidem illos, qui eius vitæ fue-
int autores, puto magnam causam ha- Consilium maiorũ cœlibatu instituendo.
uisse, non tam gratiæ apud Deum aut
omines maioris ineundæ, quàm op-
portunitatis ministerio Ecclesiæ compa-
andæ. Quanquam & antea D. Paulus 1.Timot.4.
rædixerat, futurum postremis tempo-
ibus genus quoddam spirituum falla-
um, qui homines à matrimonio pro-
iberent: non tamen in eo hominum
enere pono eos, qui cœlibatum sacer-
otum instituerunt. Fuit honesta ratio,
t dixi & grauis causa eius institutionis,
t ea, quam idem Paulus ijs, qui Deo li-
erè seruire volunt, proposuit. Vtinam
i, qui Ecclesiæ ministri volunt esse, ean-
em mentem atq; animum afferrent ad
œlibatum suscipiendum, quem illi vel
abuerunt ad instituendum, vel ad co-
ndum ipsi attulerunt, perpetuoq; re-
nuerunt: & ijs moribus atq; studijs
onestarent id vitæ genus, quod maio-
um continentia, castitate, ac sanctitate
naximè fuit celebratum. Nunc pleri-
ue pulcherrimo præstantissimoq; in-
tituto magis abutuntur ad licentiam
cupi-

cupiditatum ſuarum, quàm vtuntur ac
eas commoditates, quas veteres in ec
introducendo & ſuſcipiendo ſecuti ſunt
Quòd ſi maiores exiſtimaſſent, aut tan
tam turbam futuram ſacerdotum, au
tantam licentiam libidinum, tantamq
in omni flagitiorum genere impuden
tiam, nunquam profectò, qua fuerun
pietate, eam rationem induxiſſent, au
ad pauciores atq; modeſtiores eam pe
tinere voluiſſent. Quamobrem in huiuſ
cemodi rebus inſtituendis, quæ ad vi
tam pertinent, magna cautio adhiben
da eſt, omniaq; incommoda prouiden
da, quæ leges & inſtituta illa poſſun
conſequi. Neq; ſolùm videndum, quàn
rectum honeſtumùe ſit id, quod in
Remp. aut Eccleſiam introducitur: ſed
etiam proſpiciendum, quo modo illud
corrumpi poſsit, & ijs incommodis
quæ conſequuntur, certa quadam ra
tione occurrendum. Vt in cœlibatu ſi
cautus delectus fuiſſet præſcriptus, &
non ea exiſterent vitia, & dedecora
quibus ſanctiſsimus ordo indigniſsime
contaminatur. Neque ſanè fuit difficile
videre in tanta tamq; infinita turba ſa
cer

erdotum, eorumq́ imperitorum, ac
tiosorum, non magnum futurum lo-
um castitati: quæ cum sit donum Dei
arum, & singulare, cuius, vt ait Chri-
tus in Euangelio, non sunt capaces
nulti, quomodo posset tam latè patere,
quàm latè patet eorum cœlibatus, qui
acerdotio funguntur? requirit enim ea
irtus primùm naturam sua sponte mo-
leratam, ac continentem, deinde ijs
tudijs excultam, & occupatam, quæ vi-
iosam, immoderatamq́ naturam pos-
int corrigere, & continere. Sed hoc
antum incommodum non viderunt,
eq́ multitudinem infinitatemq́ mini-
trorum ab Ecclesia excluserunt. Existi-
narunt enim, illud iudicium atq́ dele-
tum in Ecclesia permansurum, quem
Paulus antè in ministris Ecclesiasticis
onstituendis prudenter præscripserat,
t ipse diligenter adhibuerat: neq; pu-
arunt vnquam futurum, vt dignitas
anti muneris, tam irreuerenter pateret
omnibus. Extant Pauli ad Timotheum
c Titum epistolæ, in quibus non minus
liligenter, quàm erudite præcipit qua-
es ij esse debeant, qui sunt Ecclesijs præ-
uturi. Cuius doctrinam & autoritatem
non

Castitas quale donum.

Iudiciũ Pauli in deligendis Ecclesiæ ministris.

non dubium eſt, quin ij ſecuti ſint, qui
cœlibatus ſacerdotum autores fuerunt.
Atq; etiam ſint arbitrati, propter inſti-
tuti difficultatem, munerisq; dignita-
tem, non tot futuros, qui ſacerdotes
fierent: atq; in cœlibatu ſine vlla libidi-
nis ſuſpicione viuerent. Quo in gener
ſi hoc tempore ſunt aliqui, quemadmo-
dum nonnullos eſſe puto, qui inſtitut
maiorum, ſuiq; officij memores, cupi-
ditates contineant, atque animum pij
ſtudijs exerceant, ijs cenſeo ſummam
obſeruantiam & reuerentiam eſſe præ-
ſtandam, eorumque autoritatem apu
omnes bonos plurimum valere oporte-
re: vehementerq; doleo eorum famam
ac exiſtimationem lædi infamia aliorum
qui ſuis flagitijs ſanctiſsimum ordinem
polluunt. Sed ſpero futurum aliquan-
do, vt Chriſtus ſuam Eccleſiam tant
colluuione hominum liberet, bono-
rumq;, qui in ea ſunt, dignitatem tuea-
tur, autoritatemq; Eccleſiaſtici ordin
ac muneris conſtituat, atq; confirme
Sed vt redeam ad propoſitum, non ſ
lùm ab Eccleſiæ miniſtris cœlibatus fu
it poſtulatus & ſuſceptus, verùm etia
ab alijs, inprimisq; ab ijs, qui vitæ pro-
feſsion

fsione ad sacrosanctum sacerdotum rdinem proximè accederent. Hi autem sunt homines studiosi, & literati, ui se optimarum artium studio tos collocarunt, à quorum professione ta coniugata aliena fuit iudicata. Cau autem quæ homines deduxit in eam pinionem, vt hanc quoque vitam studiosam, à coniugio censerent seiungenam, in eaq; cœlibatum maximè pro- rent, fuit prope eadem, quæ fuit sa- rdotalis cœlibatus. Nam quemadodum illis propter rerum diuinarum dministrationem coniugium non satis ut decorum, aut oportunum visum t: ita literatis propter bonarum arum tractionem non honestum, neq; ccommodatum existimatum est. Ab roq; hominum genere singularem vie modestiam, continentiam, pudicitimque postulauerunt, & in eo quidem reclarè iudicarunt. Quid enim est quod ut rerum sacrarum moderatores, aut ptimarum literarum professores, mais deceat, quàm castitas, & verecunia? Cùm & Deus, cuius illi sunt adiniistri, sit sanctissimus: & Musæ, uarum sunt isti studiosi, castissimæ

Cœlibatus studiosorũ.

virgi-

virgines habeantur. Sed quód eam vir-
tutem in honesto coniugio non vide-
rent, aut quòd sine eo in tanta natur-
infirmitate, tantisque huius mundi ille-
cebris pudicitiam præstari posse crede-
rent à plurimis, in eo certè errauerun-
nec matrimonij dignitatem, nec ipsiu-
naturæ vim satis perpenderunt. Quò-
si huius vitæ à coniugio desertæ ratio-
nem ad tranquilitatem studiorum oti-
umque retulissent, fortasse & in iudican-
do & instituendo eo genere vitæ minu-
peccauissent. Fuissent enim secuti ea-
commoditatem in tractando hoc stu-
dio, quam sacerdotes in docendo ve-
bo Dei, ac religione moderanda prop-
suerunt. Quæ tamen causa si in hoc qu-
dem studio valere debet, non video c-
in alijs quoque vitæ generibus, quæ no-
minus ad Rempub. pertinent, magn-
ac grauis esse debeat. Nam si cœlibat-
ab studiosis ac literatis propterea requ-
ritur & postulatur, vt plus otij ac tem-
poris ad studia recolenda habeant, at-
ita Reip. melius inseruiant, oportet e-
dem de causa idem flagitari à magistr-
tibus, & ijs qui munus aliquod pub-
cum gerunt, quorum opera non min-
to-

Error cœlibatus literatorum.

ota debet eſſe Reipub. quàm eorum, ui aut religioni præſunt, aut bonis literis. Neq; enim de officio ſtudioq́ eorum erga Remp. domeſtica cura plus ebet detrahere, quàm de ſtudio literum. Quod ſi ita eſt, vt coniugium anquillitatem animi impediat, vitæq́ ficium perturbet: Quid cauſæ eſt, cur maiore, melioreq́ hominum parte ollatur, & ſolis relinquatur opificibus: uanquam ne in illis quidem remanet, ſi vera opinio eſt, quod animum ab fficio atq; munere abducat: atq; ita et, vt ea vitæ inſtitutio è vita ipſa tollar, ſine qua vita eſſe non poteſt: aut hac uina ac ſalutari ſublata coniunctione licentia conſequatur, in qua ritu feraum eam conſuetudinē appetant, quam efaria effrænataq́ libido excitarit. Id erò ne accidat, omnes boni ac ſapiens, & amantes communis tum ſalutis, um dignitatis, inprimis prouidere dent, matrimonij honeſtatem, & colere defendere, & alios adhortari ad eam tæ rationem, qua nulla eſt nec melior, ec honoratior. Equidem quantum faere, omniq́ ſtudio conniti potero, non ommittam, vt coniugio præſertim ſtu-

dioſorum, vel propugnando vel laudan-
do defuiſſe videar. Nam cùm me Deus
ad vtrunq; vitæ genus vocarit, alterumq;
cum altero in me coniunxerit, ſtudium
optimarum literarum cum honeſtiſsimo
coniugij inſtituto: videor mihi nihil alie-
num ab meo officio facturus, ſi quæ ſit
literarum & matrimonij coniunctio de-
monſtraro, eaſq; pernicioſas hac de re
opiniones redarguero, quæ longa con-
firmatæ conſuetudine animos hominum
mirabiliter occuparunt, neq; error hac
in parte ſemel ſuſceptus, quamuis diu-
turnitate temporis maximam vim acce-
perit, apud doctos quidem certè plus
valebit, quàm ipſa veritas, & vitæ com-
munis vtilitas, & doctrina, cùm bono-
rum literarum, tum maximè diuinarum,
quæ planè nos docent, quæ ratio degen-
dæ vitæ ſit eligenda, & quomodo ea in-
ſtituenda & moderanda. Eorum homi-
num, qui abhorrent à coniugio, ſtudi-
umq; literarum ab eo ſeiungunt, qua-
tuor ſunt genera: vnum eorum, qui hoc
genus vitæ ſciunt, & fatentur honeſtum
eſſe, Deoq; probatum, ſed id propter
inopiam ac indigentiam earum rerum,
quas requirit ea vita, præſertim coniu-

Qui homines abhorreant à coniugio.

Inopes.

&

a cùm literis, non audent attingere: iorum timori atque infirmitati danda nia eſt. Alterum eſt hominum imperitorum & imprudentium, qui cùm propter iudicij imbecillitatem in ineunda tæ ratione ignorent quid ſit optimum, quuntur eam opinionem & conſuetudinem, quam apud multos valere vident, ad eamq́ rationem toto animi npetu feruntur, quam vident probari tque ſeruari à pluribus: quorum quidem imprudentia aliquam excuſationem habere poteſt. Tertium eſt, quod t in maiore viuat bonorum affluentia, voluptatum licentia, coniugium odit, ac refugit, tanquam piſtrinum quoddam, & ergaſtulum perpetuæ duræque ſeruituti addictum: & id vitæ inſtitutum arripit, in quo non tam otium ad ſtudia recolenda, quàm magnas facultates ad libidines explendas, omnisq́ generis voluptates percipiendas habere poſsit: quod genus hominum voluptarium eſt vehementer reprehendendum, atque acerbè caſtigandum. Quartum verò nullo modo ferendum eſt, ſed è Repub. Chriſtiana profligandum, prorſusque tollendum. Eſt enim planè impium,

Imperiti.

Voluptarij.

Impij.

& cùm institutione vitæ ac consuetudine, tum etiam doctrina Christianæ religioni inimicum. Hoc autem est eorum quibus non satis est, quòd ipsi impurissimè, intemperantissimeq; viuant, nisi etiam quod sentiunt, & faciunt, alios doceant: neq; solùm scortationem flagitiosam, ac nefariam, omnemq; libidinis intemperantiam hominibus ipsi permittant, atq; concedant: sed etiam à Deo concedi dicant. Horum quidem opinio impia, impuraq; doctrina iam inueterauit, & in multorum ac imperitorum animis insedit penitus, prauaq; viuendi consuetudo, ac licentia voluptatum omnium innumerabiles homines ad eam voluptariam rationem illexit, & ab optimo vitæ genere abduxit, quod poterant amplecti, in eoq; & honestè & commodè viuere. Tanta verò Christianæ religioni & literarum studijs incommoda atque dedecora intulit, quanta nulla oratione, nec sine summo dolore possem dicere. Nam vt nihil dicam de moribus, quos in plerisq; hi voluptarij homines, ac impuri scortatores suis sceleratis opinionibus corruperunt, & perniciosis exemplis, quæ in eam vitam induxe-

Incommoda ex cœlibatu studiosorum literis allata.

ixerunt, quam pulcherrimis, ſanctiſ-
nisq; inſtitutis abundare oportebat,
rdiderunt, ea infamiæ labes nomini
hriſtiano eſt inuſta, quæ vix vnquam
leri poterit. Nam qui modeſtiæ, tem-
rantiæ, continentiæq; nomine apud
nnes gentes nationesq; inprimis bene
dire debebant, optimisq; moribus
ſanctiſsimis exemplis religionem,
iam à CHRISTO acceperant com-
endare, ad eamq; cæteros à Chriſtia-
nomine alienos omnibus honeſtiſsi-
is rationibus inducere, hi iampridem
ropter quorundam liberas libidines
onceſſaque flagitia apud omnes orbis
opulos peſsimè audiunt, dignitatem
ccleſiæ polluunt, autoritatem religio-
is labefaciunt, ab eaque ſuſcipienda
ultos auertunt. Literarum verò vi-
em, de quibus inſtituta nobis eſt ora-
o, quis vnquam ſatis pro earum digni-
te aut dolore aut deplorare poterit?
uot, & quàm bona ingenia eius vitæ
centia, atq; conceſſa fœdæ voluptatis
temperantia peruertit, ac omnino
erdidit, quæ in matrimonio, cum ali-
er non poſſent honeſtè viuere, ſi ſe cum
teris collocaſſent, in eoq;, quod fuit

facillimum, continuissent, nec vagas illa libidines appetiuissent, quanta adiumenta atq; ornamenta Reip. & Ecclesiæ & literis importassent? quantamque autoritatem, gratiam, beneuolentiam studiosis ac literatis comparassent? Hoc verò & fieri debuit, & potuit assumpto quidem ea vitæ ratione, quæ à literarum neq; dignitate, neq; otio mihi videtur abhorrere. Etenim hoc inprimis Deus requirit, & ratio literarum docet, & confirmat bonorum prudentiumque consuetudo, à quibus ita semper factum est, fitq; quotidiè, vt quisque id vitæ institutum, in quo à Deo sit constitutus, omnibus quibus poßit honestis rebus ornet, omnibusque commendet hominibus, vt & Deus autor eius muneris gloriam adipiscatur, & ipsa vitæ instituti atq; profeßio autoritatem, dignitatem, caritatemq; hominum consequatur. Quæ autem est ars, disciplina, ac vitæ profeßio, quæ aut maiorem muneris suscepti commendationem requirat, aut meliorem hominum existimationem, quàm hæc ratio optimarum literarum, ac liberalißimarum artium: quæ cùm propterea sit comparata, à Deoque ho-

Suum cuiq; munus ornandum.

Profeßio literarum qualis.

minibu

inibus tributa, vt vitam humanam
udiat, ſanaꝗ́ doctrina atq; præceptis
ectè viuendi inſtituat, debent qui ei
ræſunt ſi Deo volunt obedire, ſi mu-
us ſuum tueri, ſi autoritatem docendi
ræcipiendiq́; habere, ſi gratiam ac be-
euolentiam acquirere, eam vitam in-
ituere & colere, vt nihil appareat in ea
uod quenquam poſsit offendere, aut
b hoc ſtudio alienare: Sed quod alios
ocere volunt & ſuſcipiunt in ipſorum
ita ac moribus, ita illuminatum debet
ſſe, vt exardeſcat, omnibusꝗ́ prælucе-
t, aliorumꝗ́ animos ad amorem earum
erum, quas profitentur ac docent, ve-
iementer accendant: ſunt enim res præ
lariſsimæ, & maximè vtiles, quæ in li-
eris continentur: quæ tum optimè &
locentur, & diſcuntur, cùm traduntur
ab ijs, quorum vita ac mores à profeſ-
ſione, atque doctrina non abhorrent.
Neq; enim hoc ſolùm ſuſcipit ingenua-
rum artium ſtudium, vt ijs, qui ſe ad il-
lud contulerint, orationis eligantiam &
rerum cognitionem afferat, atq; tantum
linguam mentemq́; informet: Sed præ-
terea hoc efficit, ſi bonum alicuius ani-
mum, atq; ingenium nanciſcatur, vt illud

Profeſsio hæc & doctrinæ & morum eſt.

omni humanitate, morumq; modesti temperatum, atque in omni recto vit officio institutum reddat: quæ morun conformatio nisi adhibeatur, & ad do ctrinam literarum adiungatur, quæ po test esse rerum scientia, aut orationi elegantia, aut quomodo vtilis ac saluta ris esse potest? Nec enim facilè à vitio so, deprauatoq; ingenio oratio aut pru dens ac erudita, aut elegans & compo sita solet proficisci: neq; potest vel auto ritatem habere, vt doceat, vel etiam sua uitatem, vt delectet. Ex animo necess est habeat quodcunq; potest, eiusq; vim naturam, formamq; referat. Est enim ii eo fons vnde eam oportet dimanare similesq; fontis edere riuulos, puros, a salubres, si origo talis est: impuros vere ac pestilentes, si ab impuro corruptoq fonte profluant. Neq; est vlla aqua au immundior, aut pestilentior, quàm al animo prauo ac impio profecta oratio Itaque propter eam similitudinem na turæ quam effingit, atq; exprimit, spe culum animi est appellata, quòd more eius in ea maximè reluceant. Nihil enin est, quod naturam, vimq; animi meliu ostendat, quàm sermo: qui si est tinctu

Oratio animi index, & interpres.

ijs vir

virtutibus, quibus bonus animus præ-
tus eſt, nihil poteſt eſſe eo neq; pul-
rius, neq; melius, nec ad vitæ ſocieta-
m accommodatius. Cum verò eiuſ-
em vitijs, prauiſque opinionibus eſt
ontaminatus, aut etiam aſperſus leui-
r, nihil eo eſt aut deformius, aut vitæ
ommuni pernicioſius. Neque eſt vllus
ons veneno infectus, ex quo homines
auriant, qui tam noceat, quam ſermo
b impio animo deprompţus, atque in
ommuni vita prolatus. Et quamuis is
ctus & ſimulatus eſſe poſsit, aliquan-
oque mentiri, & ſpeciem præ ſe ferre
oni viri, tamen quoniam nulla ſimu-
atio firma nec diuturna eſt, nec ſpecies
ctæ probitatis, diu in mendacio ac ſi-
nulatione eſſe poteſt, nec vita humana,
ec Deus veritatis amantiſsimus & vl-
or acerrimus diutius ferre, proferet ſe
liquando, quod intus diu incluſum la-
uit, magnamq; infamiam animi non
itioſi ſolùm, ſed etiam mendacis affe-
et. Vult enim Deus, ipſa etiam vita re-
quirit, vt ſummam animi integritatem
n noſtro munere præſtemus, verita-
temq; colamus, quæ eſt fundamentum
irtutum omnium. Fraudem autem &

mendatium fugiamus, atque hac rect[...]
conſcientia noſtrorum tum officiorum
tum ſtudiorum nos ſuſtentemus, & gra-
tiam hominum beneuolentiamq́ com-
paremus, atq́ eò maius debet eſſe ſtudi-
um eius integritatis ac fidei, quò maiu[s]
munus eſt à Deo nobis mandatum, ma-
gisq́; cum ad gloriam Dei, tum ad com-
munem vtilitatem vitæ pertinet. Cum
autem vita ſtudioſa ac literata ſit pro-
feſsio earum artium, quæ optimæ, hu-
maniſsimæ, liberaliſsimæq́ & ſunt, &
nominantur: idq́ ſtudium ac inſtitutum
ſit huiuſmodi à quo ipſa humanitas, &
vitæ morumque elegantia peruenit a[d]
alios, oportet eos, qui eo in ſtudio ver-
ſantur, ita caſtè ac integrè ſe gerere, v[t]
formam expreſſam in moribus ac tot[a]
vitæ præ ſe ferant earum rerum, quæ i[n]
optimis literis, ingenuisq́ artibus con-
tinentur. Duo porrò ſunt maximè ex-
colenda ijs, qui ad ſtudium humanita-
tis, ac bonarum artium ſe contulerun[t]
Ratio, atq́ Oratio: eaq́; duo, quæ Deu[s]
homini ex omnib. animantium gener[i]-
bus ſoli attribuit, præſtantiora & illu-
ſtriora debent eſſe in literatis, quàm
ſunt in cæteris, qui nullas literas attige-
run[t]

Duo exco-
lenda lite-
ratis ratio
& oratio.

unt, aut tantum deguſtarunt: vt his
uabus facultatibus, quæ ſunt maximæ,
naximeq́ ad vſum vitæ neceſſariæ, hi
ui exculti ſunt literis, tantò præſtent
ęteris hominibus, quantò ipſi homi-
es reliquis animantibus præcellunt.
Iam & de rebus & ſentire melius, &
rudentius & elegantius, commodius-
ue ſermone vti debent quàm cæteri
mnes, quorum mens atq́ lingua inge-
ua doctrina literarum conformata fuit.
Quòd ſi hæ duæ animi virtutes in ſtudio
s cernantur deteriores quàm in alijs
ominibus, magna ſuſcipitur infamia,
non tam tarditatis, quàm negligentiæ,
qua & otio & literis ſunt abuſi turpi-
er, cùm in his ea neglexerunt, ad quæ
xcolenda aut paranda acceſſerunt. At-
que in eam culpam & repræhenſionem
negligentiæ ac ignauiæ neceſſe eſt eos
ncurrere, qui non dant operam, vt vita
& mores cum ſtudio ac profeſsione con
ſentiant. Si verò in eiſdem appareat vi-
ta flagitioſa, in omniq́ intemperantia
diſſoluta, in eam incidunt vituperatio-
nem & infamiam, qua nulla turpior, ne-
que litetis indignior, nec à Chriſtiana
religione alienior dici, aut excogitari
poſsit.

Nihil eſt expectandum a flagitioſis ſcortatoribus.

poſsit. Quæ autem orationis vel prudentia vel commoditas ab hoc hominum genere eſt expectanda? Deplorarem hoc loco cauſam literarum, ſi aut bonis ac doctis eſſet obſcurum, quantum incommodi, atq; dedecoris eſt literis importatum ab his, qui abhorrent à matrimonio, cœlibatumq; & otium ad molitiem animi voluptatemq; expetunt: aut ea eſſet vis ingenij atq; orationis meæ, quæ vel indignitatem rei, vel doloris mei bonorumq; magnitudinem declarare poſſet. Itaq; omiſſa hac conqueſtione, quæ mœrorem ex tanta indignitate ſuſceptũ augeret potius quàm leuaret, accedam ad diſputationem eius rei, quæ mihi propoſita eſt: oſtendamque, coniugij coniunctionem à literarum profeſsione non tam eſſe alienam, quàm plerique arbitrantur: ſed potius eiuſmodi, quæ vitæ literatæ magnum & adiumentum, & ornamentum, & ſolatium afferre poſsit. Neq; verò illum laborem hac in parte ſumam, vt coniugium ſuis ac veris ornem laudibus, eiuſq; dignitatem à diuina autoritate profectam, atque omnium ætatum iudicijs confirmatam eſſe oſtendam. Hoc enim

Dignitas coniugij.

mult

multi antè doctiſsimi homines accuratè
[illegible]cerunt, de coniugijsq; laudibus multa
honorificè ornateq; ſcripſerunt, vt mihi
hac in parte nullus nunc locus ſit reli-
[illegible]us. Nemo eſt etiam qui ignoret, De-
um autorem eſſe matrimonij, eaq; ex-
[illegible]re in ſacris literis de eo teſtimonia,
quibus nulla poſſunt eſſe vlla alia de re
vel grauiora, vel honorificentiora. Ne-
que mihi de toto ipſo genere coniugij
[illegible]t ſuſcepta diſputatio: ſed tantùm de
coniugio litaratorum, quod quidem
non tale eſſe, quale multi exiſtimant,
demonſtrare propoſui. Quare eam om-
[illegible]m orationem, quæ ad autotitatem,
[illegible]s, ſanctitatem matrimonij conſtabili-
[illegible]dam amplificandamq; pertinet, præ-
termittam: ne id videar aut tractare
quod mihi non eſt propoſitum, aut con-
[illegible]mare quod non dubium, aut laudare
quod nemini eſt obſcurum. Tempus ta-
men & id quo primum coniugium à
Deo fuit inſtitutum, & illud, quod eam
[illegible]inam inſtitutionem eſt conſecutum,
nobis conſiderandum eſt: vt intelliga-
mus quanta vis ſit eius coniunctionis,
[illegible] ſocietatis, quam Deus primum inter
homines, & maximam viro cum fœmi-
na con-

Tempus coniugij a Deo inſtituti.

na conciliauit. Nam etiam tum cùm in-
tegra & casta hominis natura esset, neq;
vllis carnis stimulis ad fœminam appe-
tendam incitaretur, coniugium à Deo
fuit constitutum, & grauiter commen-
datum. In summa enim naturæ homini
moderatione & castitate, tamen han
coniunctionem vitæ, atque consuetudi-
nem fæminæ, ad bene incundeq; viuen-
dum Deus necessariam esse duxit: soli-
tudinemq; homini elienam esse dixit
adiunctionem verò fœminæ ad virum
eamq; vitæ societatem homini valde es
opportunam & incundam. Itaq; alte-
rum cum altera ita coniunxit, vt ea
coniunctinem grauissimæ ac sanctissi-
mæ parentum necessitudini anteponen-
dam dixerit. Quod tempus est postl
consecutum? nempe illud, in quo tan
cùm totius humanæ naturæ deprauati
tum etiam libidinis intemperantia s
mul secuta est, vt coniugium non ta
ad solatium tædiumq; leuandum solit
dinis adhibendum fuerit, quàm ad r
primendam coërcendamq; libidine
remedium comparandum. Itaque v
Vsus coniugij. huius instituti est, cùm vt iucundè viu
mus, adiungendo nobis eam vitæ soc
qu

uam hominis natura appetit: tum etiam vtiliter liberos Reipub. procreando, atque instituendo: tum verò honestè continenda libidine, pudicitiaque in sancto ac moderato coniugio conseruanda. Hæ enim sunt causæ coniugij instituti, & eædem debent esse vnicuique instituendi ac suscipiendi: sed maxima illa vt hominis natura, quæ ad vitium hoc maximè procliuis est, nefaria libidine flagitijsque non polluatur: sed in ea moderatione, pudore pudicitiaque conseruetur, qua homo à brutis animantibus differt plurimum. Homo enim ad pudorem ac verecundiam natus est, itaq; à Deo creatus, vt ad certam legitimamque coniunctionem, non ad vagam atque nefariam libidinem licentiamq; aptam naturam habeat. Hanc coniunctionem naturalem, honestamque vxoris consuetudinem si relinquat, & aliam appetat, atq; amplectatur, quā Deus nec instituit nec permittit, cum turpiter contaminat ipsam naturam, tùm ordinem à Deo institutum scelerate violat. Neque enim Deus vllo modo probare potest, & hominibus concedere eam licentiam vitæ atque intemperantiam, quam quidam in om-

Pudor coniugio conseruatur.

in omni genere libidinis effrænatæ, om-
niq; scortatione & sibi & alijs conce-
dunt, & à Deo concedi dicunt: sed ta-
dissolutam vitæ rationem vehement-
odit, & pœnis acerbissimis afficit. Q-
enim eam concederet, aut approbare-
quæ est contra & suam institutionem
naturæ excellentiam: præsertim cùm
sit ea natura atq; mente, quæ nihil so-
didum ac impurum ferre potest? E-
enim Deus lux purissima, nullis nequ-
tenebris offuscata, neq; perfusa sordil-
Homo autem ad illius imaginem & s-
militudiuem creatus est, cum eoq; ea-
habet societatem, quæ primis illis secu-
lis Abrahamo atq; eius posteris cum e-
religiosè fuit constituta, & nouissim-
per mortem CHRISTI filij Dei sanct-
confirmata, & semper à pijs hominibu-
in omni vitæ sanctimonia, culta ac co-
seruata. Quare quicunq; volunt esse i-
ea societate, atque amicitia, quæ cu-
Deo est, debent, quantum humana fe-
natura, esse participes eius puritatis, a-
sanctitatis, quæ in Deo summa est, nec-
quicquam non modò facere, sed ne co-
gitare quidem, quod ea coniunctione
tam præstante indignum sit. Duæ au-
te-

Societas cũ Deo instituta pudore, & sanctimonia colenda.

em ſunt partes, quibus homo & ab in-
io conſtitutus, & poſtea cùm eas om-
es corrupiſſet, ac perdidiſſet, per Chri-
ſtum reſtitutus, Corpus, atq; Animus: Duæ partes hominis, animus & corpus, quibus caſte Deo ſeruiendum eſt.
i quibus duabus partibus puritas ac
ſtitas requiritur: vtrumq; enim crea-
t Deus, & pro vtroq; Chriſtus mortu-
s eſt: vtrunque igitur, eorumq́ꝫ mem-
ra, cùm iam noſtra non ſint, ſed vel
us, qui ea effecit, vel eius, qui perdita
o ſanctiſsimo ſanguine recuperauit,
ebemus conferre, & tanquam ſacra
aſa applicare ad eius vſum & cultum,
ui illa ab impijs & profanis vſibus ſe-
regauit, & ad ſancta ac diuina munera
tq; officia transferri voluit. Non enim
am ſumus noſtri, aut alterius cuiuſ-
uam, niſi eius ſolius, à quo pretio ma-
no redemti ſumus. Itaq; ea eſt omni-
m piorum vitæ ratio, vt memores cum
lius creationis, qua ad imaginem Dei
onditi ſunt, tum verò eius redemtio-
is, qua per Chriſtum amiſſam imagi-
em eiusq́; gratiam ac beneuolentiam
ecuperarunt, in priſtinam ſocietatem
tq; amicitiam reſtituti, vt omnia tum
nimi, tum corporis inquinamenta fu-
giant: & quæ ſunt caſta, pudica, ſobria,
D hone-

honeſta, ſancta, ac pie ſectentur. Eſ
enim animi etiam quædam impudicitia,
quæ in ſacris literis ſcortatio appellatur:
ipſius animi à vero Deo deſiunctio, &
cum creatura nefaria impiaq; coniun-
ctio. Quemadmodum in eodem caſti-
monia eſt cordis cum voluntate De
ſumma conſenſio, in eoq; amando a
colendo integritas atq; fides, quæ De
eſt gratiſsima. Sed de hac mentis & ani-
mi caſtitate mihi non eſt propoſitum
diſputare. Hîc de coniugio agimus
quod ad honeſtè pudiceq; viuendum
diximus comparatum. Id enim ad ſanan-
dam hominis carnem quaſi remedium
datum eſt, & vinculum ad continendam
libidinem conceſſum. Deus autem no-
ſtri non ſolùm animi, verum etiam cor-
poris vſum ad cultum ſuum requirit:
qui nullus poteſt eſſe, ſi pudor pietatis
cuſtos amiſſus fuerit, corpusq; ad omnia
flagitia proſtitutum. Deus enim vult,
iuſtum eſt, vt colamus & honoremus
eum ijs naturæ noſtræ partibus, quarum
eſt ipſe & effector, & conſeruator: nec
poteſt eos ſecum ferre, aut amare, qu
vtrunq; aut alterum negligunt, aut po-
luunt: neq; integer eſſe poteſt vſus,
cu-

Impudicitia animi idolatria.

cultus vnius, nisi alterius etiam sit incorruptus: neque castimonia vlla animi retineri nisi continentia corporis, pudicitiaq; retineatur: neque vlla cum Deo esse amicitia, quæ vtraq; parte non castissimè & sanctissimè colatur. Quare, quoniam (vt ait Ioannes) à tenebris ad purissimæ lucis societatem vocati sumus, si verecundia ac pudicitia est retinenda, si volumus cum Deo coniunctè viuere, in eoq; fideliter manere, qui est (vt dixi) lux pura, quæ nullas tenebras, hoc est, animi, corporisq; maculas perferre potest. Impudicitia verò, ac Scortatio, carnisq; intemperantia est fugienda, & Christianorum consuetudine, atque congressione prohibenda: in qua nulla est, nec esse potest, firma aut sincera cum Deo amicitia. Etenim quæ erit amicitiæ atq; beneuolentiæ coniunctio, vbi nulla est morum naturæq; similitudo, quæ aut coniungat, aut coniunctos in amicitia, hoc est, in sancto, mutuoq; amore contineat? In quibus verò tanta est morum dissimilitudo, tantaq; discrepantia, vt nihil magis possit discrepare, aut magis repugnare: inter eos quæ erit coniunctio, ac consensio

1. Ioan. 1.

Cur impuri scortatores Deo non placeant.

ſio animorum? Nihil enim eſt quod amicitiam magis aut impediat, aut diſſoluat, quàm ſtudiorum conſiliorumque diſcrepantia: contra nihil quod facilius contrahat, vel contineat arctius, quàm morum atq; ingeniorum ſimilitudo bonorum. At quid in natura rerum eſt tam diſsimile, diſcrepans, ac repugnans, quod Deum ab hominibus, vehementius abalienet, & longius ſeparet, quàm ſumma illius puritas, ac ſanctitas: & quorundam in omni libidine fœdiſsima intemperantia, impudicaque impudicitia? Quæ coniunctio inter tales tam impuros homines, & Deum puriſsimum, quæ mutua beneuolentia, quæ voluntatum ſententiarumq; conſenſio eſſe poſſet? Citius igitur conueniet luci cum tenebris, igni cum aqua, quàm Deo ſanctiſsimo cum flagitioſis ſcortatorib.

Simile ſimili amicum.

Ea tanta morum ac naturatum repugnantia eſt etiam in cauſa, vt nulla pijs hominibus, qui caſtum non ſolùm animum, ſed etiam corpus ſtudent præſtare Deo, cum impuris huiuſmodi hominibus vel neceſsitudo, vel conſuetudo, vel vlla vitæ ſermoniſque communicatio nec eſſe debeat, neq; poſsit. Tanta enim morum

Nulla pijs cum flagitioſis neceſsitudo aut familiaritas.

norum differentia; vitæq; repugnantia, nullam pati poteſt inter eos non modò familiaritatem, ſed ne vllum quidem communem vſum vitæ. Præterea tam infamis ac flagitioſa vitæ ratio horum hominum cùm bonos mores Chriſtianorum lædit, tum etiam vehementer dedecorat eam honeſtatem, quam in Eccleſia, hoc eſt, cœtu Chriſtianorum maximè oportet relucere, & ab huiuſmodi fœditatibus abhorrere. Quare oportet, vt omnes, qui non ſolùm nomine, ſed etiam magis vita volunt pietatem profiteri, Deumq; ac Chriſtum piè confiteri, vt primum ab hoc hominum genere ſibi caueant: idq; non ſolùm conſuetudine, verùm etiam congreſsione, collocutioneq; prohibeant: atque (vt loquuntur in Eccleſia) planè excommunicent, exterminent, profligent: deinde ipſi eam vitam comparent, vt omnia tum mentis, tum corporis inquinamenta dedecoraq; fugiant: eumq; hominem ſuſcipiant, induant, ac gerant, qui cùm ad pietatem & iuſticiam creatus eſt, tum verò ad modeſtiam, pudorem, omnemq; temperantiam: vt qui à religione ſunt alieni, ſan-

ctiſsimæ vitæ admiratione commoti, ad Deum conuertantur, eaq́; luce ac ſplendore optimæ vitæ aliorum flagitia detegantur, & ex tenebris in apertum proferantur. Hoc enim iubet ipſe Chriſtus, & Apoſtolus eius Paulus multis in locis diligenter præcipit. Et Ioannes prima ſua Epiſtola nihil aliud docet, quàm vt quæ ſit noſtra profeſsio cognoſcamus, eamq́ vitæ innocentia, puritate, ac moderatione declaremus, atq; ornemus. Eius rei tanta ratio habenda eſt, tantaq́ cura ſuſcipienda, vt pijs omnibus, qui Deum amant, nihil antiquius eſſe debeat: atq; in omni conſuetudine, in qua Chriſtianus debet verſari, ea reuerentia eſt adhibenda cùm erga Deum, tum etiam erga homines, vt quæ aliquam aut ſpeciem habent turpitudinis, aut ſuſpicionem offenſionis, ea omnia vitanda ſint: & omni ſtudio ea quærenda, ac perſequenda, quæ aliquam vel commendationem, vel beneuolentiæ conciliationem afferunt: cuiuſmodi ſunt quæcunq; vera, grauia, iuſta, pura, amica: cum virtute denique, ac bona fama, laudeq́ coniuncta, à Paulo enumerantur, & pijs proponuntur, ea omnia ſunt

Philipp. 4.

omni

mni tempore meditanda, atque omni
udio excolenda. Nihil autem eſt quod
rauius offendat, quodque animos ab
uius profeſsionis aut religionis ſtudio
agis alienet, quàm morum maculæ,
flagitia vitæ, in ea libidine, de qua lo-
uimur, diſſolutæ: & maximè eorum,
ui cùm abſtineant ab honeſta vxoris
onſuetudine, ac ſancta coniugij ſocie-
ate, non tamen ab ijs vitijs atque ſtu-
ris abſtinent, quæ Deus prohibuit, &
criter ſe vindicaturum eſſe dixit. Ne-
ue verò hac vitæ turpitudine ſolùm fit
ffenſio hominum, & alienatio: verùm
tiam ac multò quidem magis ipſius
ei, qui nihil impurum ac flagitioſum
n ſuis ferre poteſt, & ipſius Spiritus
ancti, cuius in nobis habitantis tem-
lum eſſe corpus noſtrum exſtimare
lebemus. Illud autem flagitijs macula-
e, ſanctumq; Dei Spiritum, qui in eo
abitat, ita tractare indignè, grauius ſa-
rilegium ac ſcelus eſt putandum, quàm
empla alia & fana, auro, alijsq; rebus
poliare. Quare rectè & ſæpè admonet
nos idem Paulus, ne hoc templum, quod
corpus noſtrum eſt, corrumpamus, ne-
que Spiritum ſanctum in eo habitan-

Grauiſsima offenſio ex impudicitia.

Corpus pij templum Spiritus ſancti.

1. Corint. 6.

tem contriſtemus. Nec verò naturæ eſ
repugnandum, neque plus quàm poſſu-
mus conandum, neq; id ſuſcipiendum
quod vires ſuperat, & in quo infirmitas
hominis cum magno pudicitiæ periculo
periclitari poteſt. Caſtitas enim corpo-
ris non eſt eiuſmodi virtus, quæ aut à
natura nobis detur, aut à doctrina ra-
tioneq; aliqua afferatur: ſed eſt donum
Dei ſingulare, quod non in multis latè
patet: quod tamen niſi ſapientia exco-
latur, aut honeſta aliqua occupatione
cuſtodiatur, non facilè is, qui etiam na-
turam habet moderatam ac continen-
tem, tueri poterit. Cùm autem intem-
perantia carnis tanta ſit, & ad libidinem
propenſio, idq; vitium pateat latiſsimè:
Cur volumus tantæ conſcij imbecillita-
tis aut tentare Deum, aut nos ipſos fal-
lere, aut naturam violare, ad eamq; ra-
tionem cogere, quæ cùm omni homine,
tum maximè Chriſtiano indigna eſt.
Quare cùm in maxima naturæ infirmi-
tate coniugium ſit conſtitutum, & à
Deo omnibus mandatum, non ad coë-
undam ſolum vitæ ſocietatem, ſed etiam
ad pudorem, honeſtatem, ac exiſtima-
tionem retinendam, & ad Dei, ſpiritus

Caſtitas corporis quæ virtus.

qu

e eius ſanctitatem conſeruandam
ofectò tam præclarum, tam ſalutare,
necesſarium Dei inſtitutum nemini
vllo vitæ genere eſt aſpernandum.
d mihi hoc propoſitum non eſt, vni-
rſè de matrimonio diſputare, neque
monſtrare quid cuiuſq; hominis vitæ
io requirat. Quiſq; in eo ſtatu, in quo
conſtitutus, ſecum conſideret: &
m Deo, ac conſcientia (quibus inui-
nihil vnquam faciendum eſt) delibe-
t. Nam & natura hac quidem in re
tima dux eſſe ſolet: & Deus ipſius
turæ, quòd oportunum neceſſari-
nq; appetentis grauiſsimus eſt appro-
tor, & ſuaſor prudentiſsimus, fideliſ-
nusq; eius rei, quam cùm ad nos per-
eat, ad ſuum conſilium, iudicium
bitriumq; referri vult. Itaque cùm de
ta eligenda, ac in matrimonio degen-
, eſt conſtituendum, hæc duo inpri-
is in conſilium, deliberationemq; ſunt
dhibenda: Animus noſtræ facultatis
nſcius, & Deus καρδιογνώςης, omni-
mq; noſtrorum conſiliorum, atq; ſtu-
iorum teſtis. Ego verò quod inſtitui
xplicabo, de coniugioq; literatorum
iſputabo: vt intelligatur aliquando,

In vitæ genere ſuſcipiendo duo conſulenda, conſcientia & Deus.

quod plerisq; fuit incognitum, aut d
bium, eam vitæ rationem à literaru
studio non abhorrere, sed ei maxi
congruere, ac conuenire, cùm propt
honestatem, tum etiam propter mult
ac magnas vitæ commoditates, atq; i
cunditates. Atq; vt id cognoscatur m
lius, explicandum nobis primùm e
quæ, & qualis sit professio literarum
bonarum artium: quid suscipiat, & e
ficere debeat. Etsi enim quædam an
de istius instituti studijq; officio ac m
nere à nobis dicta sunt: tamen vt i
quod est propositum, facilius perci
possit, coniugium vitæ literatæ neq; e
indecorum, neq; importunum, non f
ciam incommodè, si quædam adhuc
ratione literarum dicam: paucisq
ostendam, quod sit institutum eorun
qui se totos in optimarum artium st
dio posuerunt: quid suscipiant, ac pr
stare debeant. Nam tum meliùs sci
mus, quæ sit conuenientia, congrue
tiaq; coniugij cum hoc studio literaru
cum quale vtrunq; antè perspexerimu
alterumq; cum altero comparauerimu
sine quo nulla non modò matrimoni
sed ne alterius cuiusdam rei ad altera
a

Coniugium studiosis honestum & commodũ.

[c]unctio atque applicatio rectè fieri po-
[ss]it. Ac de coniugij quidem dignitate,
[...] ac vtilitate, supra est à nobis in ge-
[ner]e disputatum. An verò conueniat hu-
[ic p]rofeßioni literarum, separatim quæ-
[ren]dum est. Ac illud inprimis scire o-
[por]tet, quod ad omnis non modò insti-
[tut]i commendationem, verùm etiam
[m]neris functionem valet plurimum,
[si]ne quo nulla vitæ ratio Deo est gra-
[t]aut probata: huius instituti, quod
[in li]teris versatur, Deum esse autorem, Dignitas literarum.
[con]ctorem, ac moderatorem, quem-
[adm]odum cæterarum rerum bonarum
[om]nium, quas ipse instituit, & homi-
[nib]us ad vsum vitæ tribit. Primùm
[enim] diuus Paulus doctrinam litera-
[rum], quam ille γνῶσιν λόγου καὶ σοφίας di-
[xisse], in donis Dei munerat: & παι-
[δείαν], hoc est, eruditionem liberalem, in
[re]ponit muneribus, quæ ad Ecclesiam
[inst]ituendam, vel (vt eius verbo vtar)
[ædi]ficandam diuinitus data sunt. Dein-
[de t]a est ipsius rei tum dignitas, tum vti-
[lita]s, vt etiam si nulla esset in diuinis li-
[teri]s expressa de ea autoritas, dubitare
[tam]en non poßimus, quin studium lite-
[rar]um, artiumque ingenuarum, & à Deo
opti-

optimarum rerum omnium autore pr
fectum fuerit, & in maximis eius ber
ficijs, quibus humanum genus affic
numeratum: & omnibus ſeculis ijs h
minum iudicijs decoratum, quæ vel
honorem, vel commodum, in res pr
claras atque vtiles ampliſsima confe
ſolent. Et id quidem meritò. Non en
aliud eſt vitæ inſtitutum, aut ſtudiu
quod aut præclarius ſit, aut magis fu
in omni vita habeat commoditat
quàm hæc profeſsio literarum, de cu
plurimis maximisq; & ornamentis
adiumentis, aliàs multa & ſæpe dixi
ſcripſi. Nunc ea fuerunt attingenda,
huius vitæ ratio & dignitas ea eſſe int
ligatur, à qua matrimonij coniunc
non aliena videatur. Profeſsio aut
hæc eſt & munus eorum, qui ad bo
rum literarum ſtudium ita ſe contu
runt, vt acquieſcant in eo, vt ment
atq; animum habeant ijs rebus omn
inſtructum & ornatum, quæ in lit
traditæ ac ſcriptæ continentur: ijſde
rebus mores, vitamq; hominum in
tuant, atq; ita eo inſtituto vtantur, &
Dei, à quo profectum eſt, gloriam
ad humanæ vitæ, propter quam eſt
tu

Quæ ſit profeſsio literatorum

vtilitatem. Res porrò quæ literis ...nt comprahensæ sunt, Facultas po... & subtilis orationis, Scientia mul...m bonarum rerum, & ad commu... vitæ vsum pertinentium, Humani... omnisq; morum, ac vitæ & institu...æ & regendæ Disciplina, Virtus de... & Sapientia, quæ ipsius vitæ ars est, ...agistra: ad quam cum ex omnibus ...nantium generibus soli homines na...m aptam habeant, nec tamen satis ...nam ac valentem, requirunt ea do...æ adiumenta, quæ in literis compa... continentur. Hæc enim est vis ac ...ltas huius professionis, vt quod in ...ra hominis ad sapientiam aptum ... & quasi iam inchoatum, id perpo...dum, perficiendumq; suscipiat: at... tale, quantum fert quidem natura, ...mni virtute, sapientiaque efficiat. ... autem sunt, in quibus excolendis ... ars vitæ maximè elaborat, Lingua, ...enium, & Voluntas: quorum pri...m orationis elegantiam postulat, al...m rerum noticiam, postremum vir...em. Nam hoc mihi quidem videtur ...lium literarum profiteri & suscipere, ...os, qui se ei erudiendos atq; infor-

mandos

Literis cō-prȩhensa.

Professionis literarū vis.

mandos tradiderunt , efficiat & in ſ
mone elegantiores , & prudentiores,
in omni vitæ actione munereq; mo
ratiores ac meliores , quàm ſunt om
cæteri , quibus nulla liberalis literar
doctrina fuit adhibita. Quod ſi hæ
quæ propoſuimus , in hoc omnium g
nere deteriora reperiantur , non eſt c
pa profeſsionis , ſed vitium eorum,
pulcherrimo inſtituto ad turpe otium
Tria in omni diſciplina requiſita. voluptatem abutuntur. Tria autem ſu
quæ cum in omni diſciplina atque ar
tum maximè in hoc bonarum arti
ſtudio requiruntur : Natura , quæ n
biſcum naſcitur : Vſus,qui ex multar
rerum humanarum , vitæq; commu
experientia comparata : & Doctrin
quæ ex his ſtudijs ac literis deſumit
Ad quæ tria vel excitanda , vel conſ
uanda , coniugium rectè inſtitutum t
tum affert adiumenti,vt ſine eo nec N
tura ſuum ſtatum retinere,nec vſus p
dentiorem habere poſsit , nec Doctr
eam ingenij atq; animi culturam , q
ſumma in his ſtudijs adhibenda eſt.
Natura. Natura primum dicamus , quæ etiam
primis deſideratur , & cùm illa duo p
currat neceſſariò , eius ratio prim
hab

[...]penda est: Est enim in ea omnis artis [...]sciplinæque initium, & informata, atque [...]nchoata operis ratio, sine qua nulla res [...]c perfici, nec bene excoli potest. Eius [...]io duplex est: Nam aut ad Valetudi[...]n, bonamque corporis habitudinem [...]eretur, aut ad Honestatem: vtrunque [...]m natura hominis desiderat, vt & si[...]bene sit, & Honestè. Quorum alte[...]m nobis cum brutis animantib. com[...]ne est, in quibus etiam inest appeti[...]s, ac sensus sanitatis, & eius, qui ex ea [...]rcipitur, iucunditatis: Alterum præ[...]ntiæ hominis proprium est, qui so[...] ex omnibus animantibus, ad virtu[...]n atque honestatem natus est. Ho[...] enim est particeps rationis, cuius [...]tera animalia expertia sunt. Sed [...]antum ad valitudinem conducat mo[...]ratus coniugij vsus, honestaque vxo[...] consuetudo, Medicis & Physicis, qui [...] profitentur, explicandum relin[...]o. Hi enim sciunt, quid hominis na[...]ra appetat, quid fugiat, quid ei sit [...]mmodum, quid alienum.

Valetudo corporis.

Gulielmus Bigotius, qui in Medicis [...] Physicis diligenter versatus, sum[...]am harum rerum habet scientiam, ali-

Liber Bigotij de necessitate coniugij promissus.

aliquando promiſit, ſe de coniunctio-
ne matrimonij vſuq́ eius neceſſario ſcri-
pturum. Neceſſarium (opinor) intelli-
git, ſine quo homo non poteſt valere.
Itaq; eam partem Naturæ, coniugium
ad bonam corporis, conſtitutionem ap-
petentis, nos ei explicandam relinqua-
mus: in quo valdè prudenter faciet, ſi
eam commoditatem ex ligitima vxoris
coniunctione eiuſq; moderata conſue-
tudine petendam eſſe doceat: & ea in-
commoda oſtendat, quæ ex liberis illi-
ac diſſolutis ſcortationib. humanis cor-
Honeſtas, ac Dignitas poribus multa & magna afferuntur. Al-
teram autem partem, quæ naturæ ho-
minis maximè propria eſt, cuiuſq; in h-
ſtudijs maxima eſt habenda ratio, n-
ſumemus, & oſtendemus, Honeſtate-
ac Dignitatem, ad quam homo nat-
eſt, nulla alia ratione melius vel comp-
rari, vel conſeruari, vel amplificar-
quàm honeſta ac ſancta vxoris ſocietat-
in qua homo literatus non cum lite-
ſolùm atq; libris, ſed etiam cum vxo-
ac liberis poteſt honeſtè, grauiter, m-
deratè, temperanterq; viuere: & ea-
vitæ exiſtimationem retinere, ſine q-
nulla ſtudia florere poſſunt. Nam ar-
ſa-

[..]s demonstraui, quantum studium [..]n modò literarum, sed etiam virtutis [..]dignitatis in hoc hominum genere [..]e debeat, quantaq́ cura sit adhiben-[..], vt id, quod profitentur, omnibus ijs [..]ment rationibus, quibus aut professio-[..]autoritas, aut hominum beneuolen-[..] parari poßit. Hoc enim est profectò [..]æ institutum, quod nulla alia re vehe-[..]entius, quàm virtute nititur: nec vlla [..] magis efflorescit, quàm dignitate, & [..]æ existimatione: quæ nulla potest [..]e, nisi honestas existat, quæ dignita-[..]m, quasi lumen quoddam, ex se gignit. [..]uare istius vitæ ratio ita est iustituen-[..], vt ea tota conferatur ad singulare [..]rtutis studium, atq; excellentem lau-[..]s cupiditatem: idq́ totum ad gloriam [..]ei, & commendationem muneris re-[..]ratur. Ac primũm de honestate, quæ [..]tineri in coniugio possit, dicamus: [..]einde de ea, quæ illam necessariò se-[..]uitur, Dignitate. Et quoniam magna [..]onestatis vis, ad præclaram opinionem [..]rtutis comparandam, in temperantia [..]udicitiaq́ inest: sicut etiam turpitudi-[..]is par vis, ad infamiam atq; hominum [..]ffensionem, in libidine & impudentia:

De Honestate.

E de ea

de ea primùm parte disputemus, cuiu quidem conseruandæ causa coniugiun est comparatum : atq; ostendamus, Homines literatos non posse castius, vere cundiusq́ viuere, quàm in ea ratione vitæ, quam Deus & ad lididinem con- 1. Corin. 7. tinendam, & ad pudorem retinendum instituit : & omnibus, qui se non pos sint continere, mandauit. Est enim i coniugio moderato certa quædam ca stitas : cùm hi, qui hoc vinculo coniun cti sunt, maritus & vxor Christianæ mo destiæ memores, eo vtuntur, non ad ex plendam libidinem, sed refrænandam Vsus enim honesti modestiq́ coniugij debet esse, qui est cæterarum rerum om nium, quæ à Deo conditæ sunt, & a vtilitatem hominum tributæ : vt is ve bo Dei semper constituatur, & ad vti litatem necessariam aut delectatione honestam, ac moderatam, non ad libi dinem intemperantem, & turpem vo luptatem referatur. Nam tum nob prodest id, quod à Deo est datum, ex eo capiamus eum vsum atq; fructum quem Deus nobis præscribit, & natur necessitas requirit. Sanctificatur enim 1. Corin. 7. vt Paulino verbo vtar, cum agnition

ben

[b]eneficentiæ diuinæ, à qua profectum [d]onum eſt, tum etiam ea moderatione, [q]uæ in perfruendo dono adhibetur. [C]oniugij autem natura ea eſt, vt non [ta]m corporum vinculum ſit, quàm animorum: & quod ex eo corpori tribuendum eſt, id magis ad libidinis remedium coërcendæ, quàm ad licentiam [e]xplendæ valere debet, Quare ſi huius [c]oniunctionis vis ac inſtitutio rectè in[t]elligatur, & in ea perfruenda is modus [a]dhibeatur, qui in cæteris Dei muneribus tenendns eſt, vt ad neceſſarium vitæ vſum referatur: poterit, mea quidem ſententia, talis vitæ ratio atq; moderatio bonis omnibus approbari: & pudicitiæ, caſtitatiſque nomine, cùm apud homines, tum etiam apud Deum commendari. Atq; hanc quidem caſtitatem poſſunt habere omnes, qui animum habent & liberali literarum doctrina excultum, & Chriſtiana religione temperatum. Cúm illa virginum caſtitas paucorum ſit hominum, & eorum ſolùm, quibus Deus naturam quandam ſingularem dedit: non omnium communem, neque latè patentem. Magna enim vis eſt doctrinæ elegantis in con-

Coniugij natura.

Caſtitas virginum.

formandis moribus, temperandisq; ingenijs: maxima verò eius ſpiritus, qui à Deo nobis eſt datus: qui cum ſit ſanctus, ac diuinus, ipſum hominem mirabiliter immutat, naturamq; etiã intemperantem poteſt moderatiſsimam reddere. Quod ſi aliquis in literis ingenuè eruditus, & in timore ac reuerentia Dei piè inſtitutus, hunc Spiritum in moderanda vitæ ratione autorem & ducem ſequatur, atq; audiat vt magiſtrum ac monitorem, in eoq; inſtituto & ſtudio, ad quod eſt à Deo deductus, diligenter verſetur: dubitandum non eſt, quin poſsit ita viuere, vt & apud Deum, & apud homines illuſtrem pudoris ac modeſtiæ laudem obtineat, & ſummam gratiam ineat. Vtra autem caſtitas maiorem laudem, gloriamq; apud Deum pariat: eorùmne hominum, qui in cœlibatu integrè ac caſtè viuunt: an coniugum pudicè, temperanter, ſobrieq; viuentium, Theologis diſputandum relinquo. Illud tantum dico, vitam coniugum pudoris, modeſtiæ, ac temperantiæ plenam, quam præſertim pietas, timorq; Dei talem efficit, & regit, Deo, atq; hominibus maximè gratam eſſe, & pro-

Cœlibatusne, an coniugium temperatũ, maiorem pariat laudem.

robatam. Nec verò hanc ſancti con-
igij moderationem, ac pudicitiam, Li-
ræ, ac Muſæ aſpernantur, quæ à Poë-
s caſtæ virgines eſſe dicuntur: nec ea-
ım princeps, atque omnium honeſta-
ım artium inuentrix Minerua: tametſi
oniugio nunquam, vllaq́; viri conſue-
ıdine vſa fuerit, perpetuoq́; virgo vixe-
it. Ea verò & Muſæ ac Literæ hanc pu-
licam, modeſtam, ac ſanctam vxoris &
nariti conſuetudinem vehementer &
mant, & approbant, & ſibi honori, ac
lignitati eſſe putant, atq; etiam multò
nagis quod in ſumma poteſtate eius
ei, qua libido expleri poteſt magnam
noderationem continentiamq́; intuen-
ur, atq; admirantur. Illius verò vitæ,
quam pleriq; degunt in omni carnis in-
temperantia ac turpitudine, eas omni-
no pudet: nec cum huiuſmodi homini-
bus flagitioſis commercij aliquid habere
nec volunt, nec poſſunt. Etenim quomo-
do fieri poteſt, vt quod ante de ſocieta-
te, quæ hominib. cum Deo eſt, diximus,
inter eos vlla eſſet coniunctio, & vitæ
ſtudiorumq́; communicatio, inter quos
tanta naturæ ac morum diſsimulitudo,
differentiaq; exiſtit. Muſæ enim caſtæ,

Muſæ non aſpernantur ſancti coniugij moderationem.

pudicæ, verecundæ virgines dicuntur. Ipſa tota ratio literarum plena eſt modeſtiæ, pudoris, omniſque honeſtatis. Quomodo igitur eorum hominum tam diſcrepans ac repugnans vitæ ratio, tam fœda & diſſoluta viuendi conſuetudo cum hac muſarum verecundia, literarumq́ elegantia & dignitate conueniret? Quod commercium impuri, libidinoſiq; homines cum Muſis caſtiſsimis & literis elegantiſsimis habere poſſent? Quomodo ad ſanctiſsima Muſarũ adyta auderent accedere, aut quibus oculis eas intueri, aut quo ore cum illis colloqui homines tantæ impuritatis, ac fœditatis ſibi conſcij? Quid verò dignum literis, earumq; autore Deo cogitarent, aut ſcriberent, aut docerent, aut omnino facerent, & dicerent, qui mentem atq; animum habent fœdiſsimis cogitationibus ſtudijsq; occupatum? Nec verò id faciunt, nec literas amant, quorum animus turpiſsimis eſt implicatus amoribus: ſed eas refugiunt, ac verentur: tametſi omnem pudorem ſimul cum pudicitia abiecerint, tamen cùm in mentem venit tam diuerſa vitæ ratio, tanta ingenuæ doctrinæ atq; impuræ vitæ diſ-

…pantia, non poteſt eos non pudere, …æſertim cùm ipſas literas habeant ſe…ras vitæ magiſtras, quas quoties ade…t, audiunt, vident, toties ſuos mores …ames, & turpia ſtudia grauiſsimè re…ehendi vident. Quare cum eiuſmodi …æ flagitioſæ, & conſcientiam teſtem …auem habeant,& literas aſperas accu…trices, à quibus ſua probra quotidiè …diant, fieri nullo modo poteſt, vt ſtu…um vllum erga bonas literas habeant, … eam tranquillitatem mentis, quàm …æc ſtudia poſtulant. Quomodo enim …it amarent literas, earumq́ ſtudio de…ctarentur, à quarum doctrina præce…tisq́ ita abhorrent, & quibus ſe inui…s propter talem vitam ſentiunt? aut …entis quietem conſeruarent, quam …rauiſsimo conſcientiæ teſtimonio, ma…imoq́ tormento perturbatam habent? …oſtulat autem ea ratio cùm acre ſtudi…m, ſummamq́ in literas amorem, tum …erò maximam animi ſecuritatem & li…ertatem: quæ nulla poteſt eſſe, cùm …pſe animus, aut turpiſsimis ſtudijs eſt …iſtractus, aut grauiſsimis conſcientiæ …ormentis agitatus. Sentiunt pij, ac verè …tudioſi, etiam in leuioribus peccatis,

non illam modò animi perturbationem
verùm etiam literarum occultam quan-
dam offensionem, tacitamq; repræhen-
sionem, quæ illos neq; animo sinit qui-
scere, nec cum literis in gratiam redir
donec id, quod est commissum, corr-
xerint, vitamq; honestissimo studio di-
nam toto animo susceperint, atq; con-
stituerint. Est enim in optimis etiam li-
teris ea natura, vt zelotypia moueam-
tur, velintq; singulariter, & penè vnic
amari ab ijs, qui se illis dediderunt
eumq; amorem castum, atq; integrum
conseruari, nec in vllos alios conferri
nisi in eos, qui ab ipsis non abhorrent
id est, in bonos, pios ac modestos. V
verò studium animi ad turpes amore
fœdasq; libidines conuertatur, nullo pa-
cto ferre possunt. Sunt enim natura no
solùm ipsæ elegantes, politæ, liberales
ac honestæ: verùm eius elegantiæ, de-
coris, & honestatis in alijs appetentes
amantesq;: hoc est, vt Græci dicunt
φιλόκαλοι. Et quemadmodum accidit ἐ-
τοῖς ἐρωτικοῖς, vt displiceant, quæ sunt de-
formes, immundæ, proteruæ, impudi-
cæ: maximè verò placeant pulchræ
mundæ, elegantes, modestæ, ac vere-
cunda

Literæ etiã zelotypia moueatur.

ndæ: Ita vſu venit in ſtudijs ingenua-
n literarum ,vt vitæ turpitudine , mo-
mcꝙ deformitate , magna earum fiat
enſio , atꝙ alienatio: vitæ autem ho-
tate , maximeꝙ modeſtia, ac vere-
dia , admirabilis ipſarum amor ſtu-
mcꝙ exardeſcat, atq; eò multò ma-
,quò præſtantior eſt animorum amor
àm corporum , excellentiusꝙ iudici-
literarum de pulchritudine virtutis,
àm aliorum hominum de venuſtate
poris. Hanc autem offenſionem , &
teris alienationem , ſtudioſi ac mo-
ti ſentiunt, tum facilè , cùm aliquid
mmiſerunt, quod neꝙ doctrinæ, nec
feſsioni eſt conſentaneum : & maxi-
ſi ea in re peccarint, quæ cum aliquo
gitio corporis , inquinamentoꝙ con-
cta ſit. Nam tum quidem tanta ſolet
ri ipſius animi à literis abalienatio ,
illis reconciliari vix, aut magno cum
ore poſſe videatur. Eſt enim hoc cor- 1. Corin. 6.
s noſtrum,vt Spiritus ſancti templum
oddam exiſtimandum , ita ingenij at-
e mentis domicilium , quod & Deus,
ipſæ Literæ volunt mundum,ſanctum,
corruptum ſeruari: neq; poteſt flagi-
s vllis maculari, ſine maxima aut of-

 fenſio-

fenſione ſpiritus, aut perturbatio
mentis. Quanquam ſunt aliqui, qui di
turna flagitiorum conſuetudine ita ſu
affecti & confirmati, vt (quod Paul
de impijs ait) ſint planè ἀνάλγητοι, h
eſt, prorſus obſtupeſcant, atque om
ſenſu turpitudinis careant. Quidã etia
ſunt, qui ad eam vitæ rationem flagiti
ſam adiungunt opinionem impiam: it
que exiſtimant, eam vitam nec aliena
eſſe à profeſsione, & à Deo conc
ſam. Quorum hominum neq; vita co
taminata à morte diſtat, in qua null
eſt ſenſus eius rei, cuius in alijs eſt ac
rimus: neque mens corrupta à natu
beluarum, quæ tantam fœditatem n
poſſunt intelligere. Sed hi quamuis c
nentur naturam humanam exuere,
usq; omnem ſenſum abolere: nullo
men modo poſſunt vnquam facere,
aut cum Deo, aut cum literis pac
habeant, aut mentis quietem retinea
quæ in illis multis fœdisq; maculis
inquinata,& conturbata. Vita verò c
rum, qui ſe in matrimonio locarunt
eoq; modeſtè, ſobriè, ac pudicè viuu
adeò Literis delectantur, vt huiuſm
ſocietatem vehementer expetant,& f
ta

vehementer adiungant, atq; in nu-
o coniugum & esse & haberi gaude-
Nam etsi sunt virgines, in eoq́; con-
tis dissimiles, tanta tamen est mo-
vitæq́; similitudo, ac conuenientia
marum literarum, & sanctorũ con-
ım, vt nihil possit esse nec coniun-
s, nec congruentius. Quamobrem
erati, qui in coniugio & studio ita se
ınt, & nullum vestigium libidinis in
ım vita & moribus appareat, neque
ım metuunt propter conscientiam,
literas refugiunt, quas suæ vitæ piæ
ıodestæ habent testes & laudatrices:
n eo instituto ita viuunt, vt in eo
quiescant, & ea omnia cogitent, &
pant, & doceant, quæ tam præcla-
tudio ac munere sunt dignissima, &
pub. vtilissima. Ac de hac quidem
ute satis sit dictum, quæ huic nomi-
n generi maximè conuenit, & ma-
m commendationem parit. De re-
is verò virtutibus, quæ pertinent ad
ıestatem, pauca etiam dicamus,
uitate, Constantia, Iusticia, Fide,
iq; Probitate: quæ cum in omni vi-
um maximè in hac studiosa ac litera-
igere debent: ad quod ostendendũ,
quid

quid opus eſt longiorem orationem
Grauitas & Conſtantia parare? Quis eſt enim qui dubitet,
is aut grauius ac conſtantius cùm in
ni vita, tùm in ſtudijs ſit verſaturus,
grauem conſtantemq; diſciplinam
mi ſuæ conſtituerit, in eaq; ſe, vxo
liberosq; ſuos cum ſumma Dei
rentia continuerit: quàm is, qui
cura, diſciplina domeſtica ſolutus,
Iuſticia. rius ac diſſolutius ſæpè viuit? Aut
us victurus, & ſtudioſius humani g
ris ſocietatem ſeruaturus, qui priua
domeſticamq; diligenter coluerit,
isq; principia naturæ ad alios dux
in hisq; iura humana didicerit, ne
ſoli ſe natum eſſe, ſed patriæ etiam,
ris, parentibus, amicis: quàm is,
in vita illa ſolitaria viuens ſibi ſoli,
humana ſocietas, communisq; vita
ſtulet, ne cogitare quidem potuit?
Fides. niq; quin is fidem, beneficentiam,
ralitatẽ, cæteraq; officia, quæ homin
tribuenda ſunt, perſequuturus ſit
lius, qui in ſuis ea iam eſt diligenter
ditatus: quàm is, qui cœlebs perp
viuit, expers domeſticæ Charitatis?
nim hæc iura & officia ſocietati ho
tum præſtantur melius, cum à do

n priuataq́ coniunctione, & chari-
profecta ad alios, non modò Ci-
sed etiam peregrinos, omnisq́ ge-
i homines diffunduntur. Prima e- Prima societas hominum in coniugio.
ocietas hominum atq́ coniunctio
ipso coniugio, ex quo primùm,
iam ex quodam seminario liberi,
inqui, affines existunt. Deinde om-
iues propagantur, & inter se con-
ntur. Neq; solùm Coniugium prin-
m est Reipublicæ, & seminarium,
n etiam, cum est bene constitutũ,
s iusticiæ fundamentum: neq; vn-
n erit vlla bona Respublica, in qua
ratio Matrimonij habetur: tum
flagitia, tum scelera omnia na-
ur, cum omni pudore sublato, ru-
omines, tanquam feræ, in promi-
concubitus, nec vllo certo ac legi-
amore ac charitate vel coniugium,
berorum implicantur. Et omnino
anam societatem tollunt, qui hanc
unctionem tollunt, aut imminuunt.
a enim est tanta hominis ad homi-
adiunctio, quanta est vxoris ad ma-
n, aut liberorum ad parentes: hacq́
ta charitate, nullum ius humanæ so-
tis saluum relinquitur. Quare Con-
iugi-

iugium honestum non domesticæ so-
lùm, sed etiam ciuilis coniunctionis vin-
culum est existimandum : quo dirup-
necesse est dissolui omnem huma-
societatem, præstantissimamq́ꝫ virtu-
Iusticiam tolli, atq; etiam pietate
religionem. Nam fieri nullo modo
test, vt aut Deo pius cultus tribua-
aut iustus amor Proximo, sublato o
etiam neglecto eo vitæ instituto, in
& Deus maximè vult honorari, &
Prudentia. mines plurimùm possunt adiuuari.
quid dicam de Prudentia, quæ in v
tibus etiam ponitur, & Vsu rerum, q
Vsus rerum. cum natura & doctrina in studijs li
rum necessarium esse supra dixi
At quem vsum is habere poterit, c
illo otio ac solitudine latet semper
ditus, neque in communem homi
societatem consuetudinemq́ue ciu
vnquam prodit ? An non multò m
rem is acquirit, qui in priuatis, do
sticisq́ꝫ rebus est versatus, qui iam
in sua familia sentijt, ac didicit, qui
tura & consuetudo hominum requ
qui in se, vxore, liberis, totaq́ꝫ fa
instituenda & regenda est expertus
in literis de natura hominum, de r

…, de totius vitæ degendæ ratione, à …issimis prudentissimisque homini… scripta sunt. Itaq; licet videre eos, … viuunt in matrimonio, multo esse …dentiores, & ad communem vitam …ores, quàm sunt ij, qui in solitario otio, perpetuoque cœlibatu totam …m consumunt: qui propter insolen…, atque inscitiam earum rerum, quæ …ita versantur, omnium sunt ineptis…, in humanisque rebus peregrini qui…, ac hospites esse videntur: quo …d turpius, & literis indignius esse po…? Nam antea quidem satis demon…uimus, quanta excellentia oratio… tum elegantis, tum prudentis in ijs … debeat, qui ad hæc studia se contu…nt, quantaque de eorum vel ingenio, … consilio hominum opinio atque ex…ctatio esse soleat. Sed nisi is, qui in …nni re plurimum potest, & magistros …icit, in optimis disciplinis Vsus acces…it, non sanè video, quomodo illa quæ …eris extant scripta, aut bene percipi, … ad aliquam vtilem vitæ rationem re…è adhiberi possint. Neque est quis…am, qui certam habere possit scien…m earum rerum, quæ in vita versan-tur,

tur, niſi in vita verſatus fuerit, mult
in ea expertus. Atq; hanc quidem exp
riendi facultatem maiorem habent m
riti quàm cœlibes, qui in priuato illo
otioſo ſtudio ita ſe abdunt aliquand
vt quid in vita vel domeſtica vel ciuili
leat fieri, ibi nihil intelligant, nec i
inde magnum fructum ad commu
hominum neceſsitates perferant. N
illud repetam, quod ſupra dixi, plero
eſſe, qui illo otio & ſolitudine ma
vtantur ad voluptates percipiend
quàm ad literas excolendas: ad a
mumq; mollitie potius effœminandu
quàm ad ingenium liberali doctri
conformandum, & confirmandum. N
hoc in loco de Vſu rerum loquimur
prudentia, quæ nulla alia ratione pot
melius aut parari, aut confirmari,
omnino conſeruari, quàm ea vitæ
ſciplina, de qua ante diximus, quæ c
in omni virtute, omniq; vitæ officio
poſita, tum maximè in Temperant
Continentia, ac Moderatione, cum c
piditates hac ſumma ratione contin
tur, in omnibusq; & factis, & dictis,
conſilijs, ac cogitationibus is modus
hibetur & ordo, vt optimus naturæ

Diſciplina vitæ.

Temperantia, Continentia, Moderatio.

conſeruetur, mentisq; conſtantia &
quillitas retineatur. Neq; enim fieri
ſit, vt ij aliquid prudenter vel cogi- Carnis voluptas ac intemperantia.
t, vel dicant, vel faciant, qui in om-
ntemperantia voluptatumq; licentia
m ducunt. Neq; omnino eſt aliud,
d vniuerſam hominis naturam, &
cipuè vim mentis atq; ingenij magis
rtat, & extinguat, quàm ſtudium vo-
tatum immoderatum: neque quod
dio literarum ac optimarum artium
gis repugnet, ſapientiæq; percipien-
plus obſit, quàm vita intemperans &
oluta, ea præſertim, quæ flagitioſis
dinibus totum corpus contaminat,
q; eneruat. Quare rectè D. Paulus hu- 1. Corin. 6.
nodi homines in corpus proprium
care dicit. Quòd ſi corpus hac car-
intemperantia læditur, quid de ani-
dicemus? qui cùm ſit ex cœlo ortus,
à Deo hauſtus, in ipſo corpore, quaſi
domicilio ac templo quodam, ab eo
genuit, locatus eſt: ad cuius quidem
leſtem diuinamq; naturam tum con-
uandam, tum excolendam, perma-
i refert, quo in corpore incluſus agat,
aſiq; in domo quadam habitet. Ita-
e quod Paulus in eccleſia omnib. pijs

præcipit, ne corpus ſuum ſtupris pol
ant, ſed in omni conſeruent ſanctim
nia: propterea quòd Spiritus ſanctus
eo, tanquam in quodam templo ha
tet: hoc etiam præcipiendum eſt i
qui in ſtudijs humanitatis liberalium
artium ingenuè atq; honeſtè verſari
lunt: hique omnes ſunt admonendi
corpus ſuum quaſi delubrum ingenio
menti conſecratum habeant, nec vlla
corrumpant, qua animi vis aut retar
ri, aut deprauari, aut omnino extin
poſsit: ſed potius contineant cupidi
tes, imprimisq; libidinem impudica
ſintq; non ſolùm in cibo ac potu ſob
verùm etiam reliquo corpore caſt
pudici: & ita inſeruiant corpori, vt
flagitio, ac dedecore, & valetudinis
mentis maximam rationem habe
Nulla enim eſt res, quæ mentis ac
melius expurget, ad ſapientiæq; ſtu
um magis excuant, quàm animi m
deratio, & temperantia in modera
voluptatibus corporis. Itaq; hanc
tutem, quæ cupiditates continet,
crates apud Platonem ait eſſe nom
tam Σωφροσύνην, quaſi σώζουσαν τὴν φ
Σωφροσύνη. σιν, propterea quòd prudentiam con

ge, quæ nulla eſſe poteſt, niſi natura
hominis conſeruetur, maximeque ea
pars, quæ eius vnius propria eſt, & ad
virtutem atq; ſapientiam apta: cui nihil
in rerum natura tam eſt inimicum ac in-
festum, quàm voluptas blandiſsima do-
mina, inprimiſq; ea, quæ cum inquina-
mento corporis coniuncta eſt. Nulla
peſtis eſt, quę tam noceat corpori, quàm
ingenio hæc voluptas: quæ etiam in iu-
sto legitimoq; coniugio vim mentis læ-
dit, ſi eſt immoderata: in nefarijs verò,
& vagis ſcortationibus, omnes vires tum
corporis, tum animi planè labefacit, at-
que corrumpit. Quare ſi quis vult na-
turam in ſua integritate, & præſtantia,
præcipueq; partem eam, in qua exco-
lenda elaborant literarum ſtudioſi, de-
bet cupiditates continere cùm animi,
tum etiam corporis, eamq; inprimis
Diximus antea quantam tempera[...] tiam continentiamq; studia literaru[...] requirant, quantamq; sobrietatem c[...] sideret ingenium illius, qui in literis v[...] consequi aliquam laudem sapienti[...] Cum illo igitur ita viuet nostra fœmin[...] vt vterque in suo genere & ratione [...] exemplum temperantiæ, ac modesti[...] & insigne par coniugatorum, ad vi[...] piæ ac sanctæ professionem constit[...] tum. Quin etiam in illa interiore co[...] suetudine, quam cum marito habet, [...] cretoq; cubili, ita se geret, vt cum à n[...] mine videatur, Deum tamen testem [...] spectatoremque suæ pudicitiæ habea[...] neq; omne illud tempus, quod ad qui[...]

Consuetudo interior vxoris cum marito.

te[...]

datum est, aut in somno capiendo, n explenda libidine consumet: sed nam eius partem ponet in sanctis ibus, quas in secreto cum marito Deum castè fundet. Iucunda enim res est, & grata Deo, & in qua ma-est pietatis exercitatio: multũ enim t apud Deum coniuncta, puraq; ma c vxoris oratio, & ipsos coniuges in Christi fide, tum etiam in mutuo oq; amore maximopere confirmat, disciplina tantas affert commodi-, quantas ego non possem dicere. ita sunt instituti atque exercitati, ij riuntur quàm suauis sit ea vita, nq; veræ sint & certæ ei à Deo factæ nissiones. Reliqui verò omnes, qui n coniugij nesciunt, non percipiunt n eum fructum, qui ijs, qui Deum o metuunt & diligunt, promissus Iam verò videamus qualis mater-lias sit futura, & quid actura domi, s custodia ei à Paulo commissa est, ntiquis demonstrata illa pictura Ve-s, quæ ita pingebatur, vt pedibus teret testudinis, quam Hesiodus ta οἰκοφόϱον appellat, quòd domum n ferat. Nec verò ea mulieris do-

Domus custodia vxori à Paulo commissa.

mesti-

mestica custdia otiosa esse debet, in omni rei familiaris bene administr dæ munere occupata. Nam vt ante ximus, ita est distributa inter coniu domestica ratio, vt maritus foris qua & suppeditet, quæ ad vsum vitæ sunt cessaria; vxor verò ea domi disper atq; custodiat. Quare prudens fœm quæ sciet se à Deo ad eam vitæ com nitatem, societatemq; vocatam, in partes muneris sui intelliget, facil domi continebit, omniaq; ita adm strabit, vt nullum matrisfamilias, prudentis tum diligentis officium i requiratur. Non dicam hîc illam fa ram, quod ne cogitaturam quidem to, vt conuiuia intempestiua adeat, tationes frequentet, & cœtus non ho stos hominum & mulierem dissol rum, vt in foro ac plateis obambu conspiciatur, quæ sunt notæ eius m tricis, quam describit Salomon, eius mulieris quam nos docto ac pio mini informamus. Industria autem Græcè φιλοπονία appellatur, & Parsi nia, siue Frugalitas, in muliere max sunt duo præsidia, rei familiaris con uandæ, & augendæ constituta. Post

or

nam virtus, qua frugi homines di-
ur, magnum est muliebris pudici-
adiumentum & ornamentum. Sed
næ virtus nulla in re magis lucet, Liberorum
in liberis & procreandis, & insti- procreatio
lis, & in domesticis famulis regen- & institutio
Mulier, inquit Paulus, fuit seducta, mulieri pro
vir: seruabitur tamen per genera- pria.
m liberorum, si permanserint in fi- 1. Timot. 2.
charitate, ac honestate. Itaq; idem
tolus vult eam esse φιλότεκνον, aman-
liberorum, in eisq́ recte, ac piè in-
andis perdiligentem. Nulla est alia
rei domesticæ maior, nec magis
ria mulieris, nec quæ maiorem ei
m cùm prudentiæ, tum pietatis
at. Est enim sancta liberorum disci-
, maximum domus, non solùm or- Disciplina
entum, verùm etiam firmamen- liberorum.
& senectutis parentum præsidium,
neris ac nominis ipsorum monu-
tum sempiternum. Nam, vt inquit Psalm. 111.
heta, rectorum familia beata erit,
mq́ æterna memoria. Quare pia
er ac bona mater, eorum quos ge- Nutricatio.
it & nutrica erit, si potest, & magi-
curamq́ tum corporis, tum etiam
i magnam suscipiet. Neque enim
mater

mater est, quæ alterutrum in liberis ne-
gligit, quæ aut mammam negat, cu
potest dare, aut disciplinam. Atq; v
usque rei, & educationis, & institut
nis reddenda ratio erit ei, qui mul
vtrunque vehementer mandauit, atq
commendauit. Sed prudens fœmina
ea puerili disciplina dabit operam, vt
beri Deum inprimis timeant, quod
initium omnis sapientiæ: parentes,
norent, colant, diligant: & viuant te
peranter, ac modestè. Duo enim v
sunt, quibus prima illa ætas maximè
let laborare, Contumacia, atq; Inte
perantia: quibus statim ab initio
dendum est, atq;, vt monet Paulus,
rentibus curandum, vt liberi in o
subiectione parentum contineantur
vitæ moderatione. Sed in ijs quid
duobus, cæterisq; officijs, timor Do
ni sanctus pueris vna cum lacte tradi
eos maximè continere potest. Ve
(inquit Dauid) pueri ad me, timor
Domini docebo vos: in eoq; seruan
vitam longam diuturnamq; illi prom
tit. In hac igitur Dei & parentum re
rentia pia mater suos liberos erudi
atque ipsa in tota vita eos mores ost

Timor Domini.

ad quos pueri suos possint confor-
e, eosque vt legem quandam honestè
eque viuendi sibi proponere. Neque
iam quicquam faciet, aut dicet,
l in exemplum licentiæ, petulan-
ac immodestiæ à liberis capi possit.
d si liberos non habeat, feret æquo
io, neque sterilitatem putabit pro-
n esse in Christiana fœmina, in qua
omnia ita occupauit, vt nulli infa-
ac vituperationi locus relictus sit:
multò minus, quòd prolis fœcun-
& sterilitas huiusmodi sunt res,
pijs in bonum accidunt diuinitus,
us Dei optimi in vtraque insit potius,
m sanctissimæ fœminæ vituperatio.
si non potest esse mater, poterit esse
mina, quæ familiam ita instituet, &
t, vt domestici omnes Deum pri-
n colant, & metuant: deinde ea of-
singuli obeant, quæ ad rem fami-
em pertinent. Poterit Ancillas domi
erudire, vt lanam & linum nere sci-
, & acum tractare, & ea agere, quæ
ieribus sunt necessaria ad œcono-
m: quia in re cùm sibi, tum illis con-
t, dum eas & bonas vtilesque ancil-
domi suæ reddet, & alijs futuras
con-

Sterilitas an probrum in fœmina Christiana.

coniuges, non peritas modò ac dilige-
tes, verùm etiam pias ac modestas ef-
ciet. Eadem industria & pietate vte-
in Famulos, quoscunq; secum habeb-
vt rectè facientes, pieq; viuentes semp-
laudet, & tractet humaniter: secus v-
rò facientes verbis grauissimis castige-
neminemq; domi suæ esse patiatur, q-
non Deum timeat, & modestè viu-
Denique in constanti grauiq; discipli-
retinenda, summa erit eius seueri-
singulari humanitate ac comitate te-
perata, vt domestici omnes grauitate-
sanctitatemq; eius intuentes, vereant-
& videntes summam eiusdem in se ch-
ritatem, eam omni beneuolentia a-
plectantur. Atq; hæc est eius domest-
custodia, de qua non singula persequ-
quæ de ea dici possunt. Neq; enim m-
fuit propositum vt singula huius mul-
ris officia explicarem, sed vt summ-
eius virtutes demonstrarem, quas-
doctrina diuina sumeret, quibus vir-
tibus adductus vir literatus animum
coniugium adijcere, & in quæren-
vxore delectum adhiberet, atq; aut
informatam eligeret, aut his morib-
eam informaret. Itaque non expona-
etia

m, quæ externa eius consuetudo esse
eat, & quemadmodum foris cum
eam agere oporteat. Quæ enim su-
dicta sunt, ad eam rationem perti-
t, & doctrina legis diuinæ, omnia
cepta bene pieq; viuendi ita est com
ka, vt nihil sit in ea prætermissum, in
mulier coniugata maxima cum lau-
Dei & honore viri sui versari posit.
lla enim vitæ institutio, cuius infor-
ndæ atq; moderandæ ratio in diuinis
is non sit præscripta. Neque solùm
ceptis rectè viuendi vita mulierum
nstituta est, sed etiam exemplis fœ-
narum illustrium, ad quarum præ-
tissimas virtutes reliquæ omnes &
ines, & nuptæ, & viduæ posint &
ent mores suos informare. Ibi Sara
mater piarum fœminarum, vt mari-
eius Abraham pater piorum homi-
n, quæ & viri hominis sanctissimi in
o colendo fuit semper socia, & eius-
n adeò obseruans ac reuerens, vt
minum illum suum solita sit appella-
ad cuius modestiam summamq; obe-
ntiam Petrus cæteras eius omnes fi-
, hoc est, sanctas fœminas, ac Deum
tuentes adhortatur. Ibi sunt duæ Sa-

Sanctarum fœminarum exempla. Sara.

Rebecca. Rachel. ræ nurus Rebecca vxor Isaac, & Rach
coniunx Iacob, mulieres cùm pietate
Deum singulari, tum etiam fide & am
re admirabili erga maritos, quos in m
lesta atq; periculosa peregrinatione pe
petuò secutæ sunt, omnium pericul
rum sociæ, atq; consortes. Ibi est An
Anna. vxor Helcanæ, cuius summa moder
tio, & patientia in ferendo sterilitat
probro, quod subinde obijciebatur
æmula, memoriæ prodita, meruit vt i
sa mater Samuelis prophetæ excellen
Michol. Abigail. esset. Ibi sunt etiam Michol & Abig
duæ coniuges Dauidis: quarum alte
pietatem ac fidem memorabilem in m
ritum declarauit, cum illius salutem p
tiorem habuit, quàm autoritatem p
tris atq; Regis, neq; vllis minis addu
vnquam potuit, vt illum patri Sauli pr
deret, cuius salus paternæ non solú
voluntati, sed etiam saluti anteponen
est. Altera Abigail sua summa solert
stulto marito salutem attulit, & pr
dentia commendata Dauidi prudent
simo atq; optimo viro postea nupsit. I
est Sara vxor Tobiæ, quæ cùm à pare
Sara Tobiæ. tibus in omni bonæ matrisfamilias of
cio egregiè instituta discessisset, post
ei

institutionis fructus ostendit, &
marito suo modestè ac sanctè vi-
cuius pietas in omni cultu Dei, ma-
cq; in castis precibus omnibus pijs
inis est imitanda. Ibi est Iudith mu- Iudith.
vidua, cum singulari quadam virtu-
ua in rebus magnis versata est: tum
n religione & sanctitate, qua Deum
etuò constanterque est prosecuta.
est vxor Manuæ, quæ virum diffi-
tem, ac de Dei auxilio desperantem
tantissima fide sua erexit & confir-
it. Ibi est Susanna vxor Ioachim, ac Susanna.
er in summa venustate moribus ca-
mis, cuius pudicitia non solùm a-
erij cirmine mortisq; periculo fuit
rata, verùm etiam accusatorum ho-
um libidinosorum supplicio vindi-
. Sed quid ego plura colligo? cùm
oria sacra præstantissimis exemplis
ni genere muliebris virtutis, ac
atis referta sit, quæ pia nostra fœmi-
nprimis sibi proponet, atque ex ijs
res suos, suorumque instituet. Ex
ous omnibus vnum non possum præ
re, quod ad omnem modestiæ, pu-
tiæ, ac sanctimoniæ laudem in no-
Testamento est propositum: Id au-

tem eſt MARIA virgo, & CHRISTI mater, decus ac lumen omni & virginum & matronarum, cuius q dem admiranda caſtitas & ante con gium, & in ipſo toto coniugio, integ ac ſancta fuit conſeruata. Eiuſdem m deſtia & manſuetudo ab Spiritu ſan commemorata eſt, & ita expreſſa, omnes fœminæ, quæ pietatem profit tur, facilè poſsint intelligere, qui & q les mores ipſarum eſſe debeant. Qu & hanc inprimis, & cæteras omne quarum virtutes in ſacris literis ſunt p ditæ noſtra fœmina ſibi proponet, in rumque ſanctiſsimis moribus ipſam gem Dei, eiusque voluntatem prop tam, atque expreſſam eſſe ducet: om enim & ab illis facta ſunt, & ab Spir ſancto ſcripta propter noſtram vtili tem, vt nos optimis non præceptis m dò, ſed etiam exemplis eruditi De colamus piè, in eoque ſperantes vit hanc ſobriè & honeſtè traducam Quòd ſi in ea piè viuendi ſapientia v hominis literati fuerit ita inſtituta, ſupra oſtendimus, facilè præſtabit duas virtutes, Modeſtiam, & Induſt am, quas in fœmina ac coniuge requ

Maria virgo mater Chriſti.

di

mus: quarum altera coniugio est ornamento, altera etiam adiumento & subsidio. Nam & studiosam vitam, quæ æstimatione dignitateq; maximè florere debet, suis modestissimis ac pudicissimis moribus honestabit, & eandem domesticis laboribus & curis sustentabit. Quid autem est honestius, & laudabilius ea vitæ ratione, ad quam duo coniuges à Deo ducti & coniuncti ita vixerunt, vt Deum metuant, in eoque omnem spem ponant: & ea spe freti ita viuant, vt nullum non modo crimen, sed ne suspicio quidem criminis in eam vitam cadat, laus verò modestiæ, pudoris, ac sanctimoniæ omnis iure, ac meritò conferatur? Sed de hac quidem coniugij dignitate satis iam multa diximus. Reliquum est, vt paucis exponamus eas commoditates, quæ ex matrimonio ita instituto ad studia literarum afferri possunt. Neq; enim solùm propter honestatem hæc coniunctio vitæ communioque expetitur, verùm etiam propter vtilitatem. Neq; Deus illam cœlibatus solitudinem idcirco solùm damnauit, quòd in ea honestas & pudicitia plerunq; periclitetur: verùm etiam, quòd ea vita

Quæ vtilitas literatis ex matrimonio bene instituto accedat.

ſolitaria expers ſit earum commodita-
tum, atq; oportunitatum, quæ in ha
coniugata plurimæ, maximæq́ reper-
untur. Mulierem enim Deus ad homi-
nem adiunxit, quæ eſſet, vt eſt ſcriptum
ſocia & adiutrix ad viuendum non ho-
neſtè ſolùm, ſed etiam commodè atque
iucundè. Etenim ea eſt humanæ vitæ
conditio vt vnus per ſe ad eam tuendam
non ſatis poſsit: nec ita omnia habeat
vt aliorum opera, ſtudio, auxilioq́ ca-
reat. Hoc in communi ac ciuili vita cla-
rum eſt, in qua videmus variè diſpertita
eſſe dona & munera, vt non vnus om-
nia, ſed ſinguli aliqua habeant, quæ ad
communem vitæ vſum ſunt vtilia: eaq́
mutua officiorum atq; ſtudiorum indi-
gentia. Et neceſsitas parit inter ipſos
homines ſummam neceſsitudinem, &
continet maximè inter ipſos ſocietatem
cùm vnus id reddit alteri in diuerſo of-
ficij genere, quod ab eo in alio accepit.
Eadem ratio neceſſaria in priuata do-
meſticaq́ vita eſt. Neq; enim viro om-
nia ſunt à Deo tributa: ſed quædam
propriè ac ſingulariter mulieri conceſſa
& data ſunt, quorum vſus viris maximo-
pere eſt opportunus, ac neceſſarius. Vi-
ri qui

quidem fortiores, atque audaciores
, & propterea ad vim prohibendam,
em acquirendam paratiores. Mulier-
vero timidiores, & ea de causa aptio-
ad domesticam custodiam, quam
lus & philosophi mulieris propriam
voluerunt. Itaq; cum non minus ne-
arium sit parta conseruare, quàm ea
ere, est adiuncta à Deo mulier, quæ
ni diligenter custodiret, quæ ille in
num suis laboribus inferret. Custo-
autem in ea est posita, tum vt rectè
ensentur ea quæ sunt acquisita, tum
m vt quæ supersunt, accuratè con-
entur. Ad hanc quidem rem aptior
ura est muliebris, quàm virilis. præ- Artes mulieris.
a artes quædam sunt mulieris pro-
, quæq; pertinent ad cultum corpo-
& victum, quibus viri carere non
sunt: vt lanificium, illudq; artificium
lanæ vel telæ tractandæ, quod totum
muliebre: ratio etiam parandi ci-
, quæ mundior multò est in fœminis,
m in viris. Alia præterea quædam of-
a ad corporis cultum necessaria, quæ
& melius obeunt, & honestius. Sed
hîc de literato homine agimus, eius
vxore ad eam rationem accommo-

data. Huius igitur illa & otium stu[...]
umq́ suis laboribus sustentabit, & val[...]
tudinem, cuius habenda in studijs m[...]
gna ratio est, commoda victus consu[...]
tudine diligenter curabit, & suscepta t[...]
ta domestica cura, ita administrab[...]
rem familiarem, vt maritus nullis al[...]
rebus impeditus, omniq́ solicitudine [...]
beratus in optimis literis conquiesca[...]
& eam ferè libertatem ac tranquillit[...]
tem in coniugio habeat, quam Paul[...]
in cœlibatu proponit. Nam cùm se [...]
ciam intelliget propterea esse ascitam [...]
adiunctam, vt eam vitam adiuuet, cau[...]
bit in primis, ne eius id otium tranqu[...]
litatemq́ impediat, ac perturbet, [...]
quam conseruandam diuinitus mari[...]
est coniuncta. Quare nec sua intemp[...]
rantia importunitateq́; secretas ac qu[...]
tas cogitationes viri conturbabit, n[...]
ignauia ac negligentia animum eius [...]
studijs ad rerum domesticarum cura[...]
deuocabit. Quid dicam de iucundita[...]
atq́ voluptate, quæ in eiusmodi coni[...]
gio honesto expetenda est, atq́; ex bo[...]
vxoris consuetudine capienda? Quæ [...]
vita aut coniunctio, quæ plus quà[...]
hæc, aut etiam tantum habeat suauit[...]
ti[...]

Voluptas quæ ex matrimonio capitur.

ui? Iucundus eſt fraternus amor, ſua-
mutua amicorum beneuolentia, &
miliaritas: ſed omnes iſta coniunctio
icit amoris ſuauitates, cùm habeas
orem ijs moribus præditam, de qui-
s antè dixi, tibi à Deo datam, in pie-
e ac timore Dei inſtitutam, mode-
m, caſtam, grauem: quam ames & à
a ameris, cui fidas, credasq; omnia:
m qua familiariter, libereq; loquaris,
hil diſsimules, celes, obtegas: quæ in
nni temporum varietate tibi perpetuò
hæreſcat ſocia, conſors, ac particeps
m bonorum, tum etiam malorum:
ius & gratulatio in rebus ſecundis iu-
nda ſit, & in aduerſis grata conſola-
o, in omniq; fortuna animi ſit ſumma
nſenſio, atq; coniunctio. Hæc tantum
bent ſuauitatis, quantum melius ex-
eriendo percipi aç ſentiri, quàm di-
endo exprimi & intelligi poſsit. Quòd
liberi contingant, qui ſint & mutui
noris pignora, & ingraueſcentis æta-
s ſubſidia, & dona diuinæ benignita-
s, tum vita hæc coniugata omni iucun-
itate felicitateq; cumulatur, atque ex-
letur. Nihil enim eſt nec ad fructus rei
licuius percipiendos vberius, nec ad

voluptatem pij in DEO perfruendam ſuauius, nec ad infirmam ſenectutem tuendam ſuſtentandamq; accommodatius, nec ad memoriam nominis ac generis propagandam perptuandamq; melius, quàm liberi à bonis parentibus & procreati, & bene educati, atq; inſtituti. Nec verò domus ſolùm ac familiæ ornamenta & præſidia ſunt poſita in liberis, verùm etiam Reipublicæ, quæ nulla alia ratione florere poteſt, & beata eſſe, quàm tam præſtantis prolis cum procreatione tum educatione. Neq; vllum eſt genus hominum, à quo ob vnam iſtam cauſam hæc vita in coniugio poſita magis requirenda ſit, & poſtulanda, quàm literatorum, quorum profeſsio non docendo ſolùm, & ſcribendo, verùm etiam prolem gignendo, atque inſtituendo Reipub. plurimum prodeſſe poteſt. A quibus enim aut meliores naſci poſſunt, aut melius erudiri, ſi huiuſmodi ſint literati, vt eorum vita ac mores cum profeſsione piæ elegantisq; doctrinæ conſentiant? Ea quæ & qualis eſſe debeat antea ſatis demonſtratum a me eſt. Sed hac in parte domus, quæ omnium rerum domeſticarum eſt maxima &

..., & præstantissima, quantum vigere
...ssit industria & prudentia piæ mulie-
..., puto satis intelligi ex his, quæ dixi-
...us. Præcipua enim pars muliebris cu-
...diæ ad hanc pertinet liberorum re-
...m educationem, atq; institutionem.
...uare hanc primam curam liberorum
... suscipiet prudens sanctaq; fœmina, Liberorum educatio.
... maritum omnino liberet, & liberos
...huc infantes, aut pueros, ita vel edu-
...bit, vel informabit, vt ad grauiorem
...stea disciplinam marito tradi posſint.
...cunda est hæc liberorum procreatio,
...cundior educatio, atq; institutio: qua
...i in virtute, inprimisq; pietate, & mo-
...stia adolescant, Deum metuant, pa-
...ntes reuereantur: eamq; indolem præ
...ferant, ac spem ostendant, vt & à
...eo dati, & à probis parentibus nati &
...tituti Reipub. esse videantur: eique
...s vtilitates allaturi, quæ ex præclara
...niugum procreatione atq; educatio-
... sunt expectandæ. Neque enim tan-
... curæ erit parentibus, vt illos suarum
...cultatem hæredes relinquant, quàm
...rtutum, ijsq; artibus illos erudient,
...ibus & honesti, & Reipublicæ vtiles
...e posſint. Est enim hic vsus ac finis
bonæ

bonæ ſobolis, vt cum diuinitus ſit data tum ad communem hominum vtilita-tem, tum ad præclaram parentum me-moriam retinendam, tum verò ad no-men Dei celebrandum, à quo quaſi ſtirps quædam diuina per parentes nat ſit, ad eaſdem quoq; res adoleſcat, & maximè ad eius confeſsionem ac præ-dicationem, à quo poſteritas piorũ gu-bernatur, & fortunatur. Debent enin boni liberi parentibus ſuccedere in ean ſocietatem, quam illi cum Deo habue-runt, & ſanctè coluerunt: eumq; pieta-tis cultum per manus traditum retine-re, quo illi Deo ſe probarunt, & beat hic vixerunt. Nulla ſucceſsio eſt præ-ſtantior, quàm religionis paternæ imi-tatio: nec certior, ac opulentior hære-ditas, digniorq; quàm vel parentes ſui tradant, vel liberi à parentibus accipi-ant. His enim hæredib. ac poſteris bea-tam vitam Deus promiſit, qui cùm di-uinæ illius ſocietatis ſunt participes quam parentes cum Deo inſtitutam re-ligioſe coluerunt, eiuſdem etiam tradit volunt videri ſucceſſores & hærede Itaque quibus ſtudijs atque inſtitutis il eam ſocietatem celebrarunt, ijſdem p

libe

beri conabuntur ornare, omnibusque
onestis rationibus colere, quibus se in
eterem maiorum parentumque possessionem
à Deo quasi missos esse declarant.
Societas autem & amicitia hæc
t, quòd Deus est Deus piorum & parentum,
& liberorum, isque promittit se
os adiutorum, atque beaturum, modò
i sua quoque ex parte eam fidem & integritatem
præstent, quantam præclara
: sancta coniunctio requirit. Eo autem
micitia est instituta, eiusque promissio
onfirmata in eo semine, de quo scriptum
est: In semine tuo benedicentur Gene.23.
mnes gentes, quod cùm Christus Ie-
s solus sit, oportet eum omnis sanctæ
eatæque prolis stirpem esse. Quare salua
rit (vt ait paulus) mater, quæ tales liberos
peperit, in fideque ac charitate in-
ituerit, & continuerit: felices liberi,
ui à talibus parentibus sunt procrea-
i, atque educati: fortunatæ domus, in
uibus ex tam sanctis coniugijs, tam
ræstans ac diuina soboles efflorescit:
eatæ illæ Respub. quæ ciues hac mente
ræditos, & cum Deo ita coniunctos
abent. Hæc præstantia liberorum quam
ὐτεκνίαν vocat Aristoteles, describitur
in eo

Psal. 127. in eo Psalmo, in quo Spiritus sanctus laudes coniugij complexus, in cæteris eius commoditatibus hunc fructum liberorum vberrimum & præstantissimum commemorat, atque exornat, eamque bonitatem duarum rerum optimarum similitudine demonstrat. Nam & vxorem fœcundam similem dicit esse viti fructiferæ, quæ patulis diffusa palmitibus lateribus domus adhærescit, & liberos bene tum natos, tum educatos, velut plantulas oleæ esse ostendit, quæ ordine & eleganter sint descriptæ, atque distinctæ. Quid autem est in frugibus, & in his quæ ad vsum hominum terra gignuntur, quod his duabus stirpibus vite, & olea sit vel fertilitate vberius, vel fructus bonitate præstantius, vel suauitate iucundius? Itaque cùm Spiritus sanctus ita magnificè coniugium laudarit, eiusque fructum his duobus optimis suauissimisque liquoribus compararit, facilè intelligi potest, quid sentiat de illius dignitate. Is enim qui eius instituti autor fuit, eiusdem est etiam laudator. Neque verò Deus hoc genus vitæ summis laudibus solùm afficit, verùm etiam singularibus beneficijs, quæ & promisit &

præ-

ſtat ijs coniugibus, qui in ipſo om-
n ſpem collocantes, piè & iuſtè & ſo-
è viuunt. promiſsiones illuſtres &
pl. in diuinis literis extant factæ
s coniugibus, quæ non prius veræ eſ-
deſinent, quàm Deus eſſe Deus. Sunt
lta grauiaq; exempla ſanctorum ho-
num, quorum vita in coniugio non
è modò, ſed etiam beatè acta, & ab
iritu ſancto memoriæ prodita nos ſa-
docere poteſt, quàm hæc ratio vitæ
eo ſit grata, atque chara. Vſus verò
otidianus, & experientia eorum, qui
matrimonio Deum metuunt & dili-
nt, hanc & veritatem Dei, conſtan-
imq; in amandis pijs coniugib. & ma-
itudinem beneficiorum eius mirabi-
er declarat, & bonos retinet, cùm in
s ſtudijsq; at officijs præſtandis, tum
donis Dei gaudijsq; perfruendis, quo-
m tanta eſt magnitudo, vt aliæ in-
mmoditates, ac moleſtiæ, quæ in eam
am ſolent incidere, omnes euane-
nt obſcuratæ. Quamobrem ne pro-
erea docti abhorreant ab hoc vitæ ge-
re, aut cùm iam in eo fuerint ani-
um deſpondeant, quod in coniugio
ras aliquas magnas ac moleſtas eſſe
audi-

audiant, aut ipsi videant, ac sentian
Tanti enim sunt fructus, tam vberes, a
que præstantes, & honestatis, & vtilit
tis, & etiam voluptatis, tantaq; perfru
tio cùm ipsius Dei, tum ipsorum coni
gum & liberorum, vt incommoda h
tot & tantis commodis gaudijsq; con
parata nulla propè appareant. Quæ au
tem est vita, quæ vacet ijs incommod
tatibus, quæ à fortuna, temporibus
importantur? Sed in coniugio si qu
sint incommoda, ea & fiunt leuiora
cùm comparantur cum plurimis, ac ma
ximis ipsius Dei beneficijs: & facilior
cùm ad eius voluntatem referuntur,
communiter fortiterque à coniugibu
ipsis perferuntur. Etenim magnam vi
habet & ad leuationem mali, & ad con
firmationem animi, cùm cõmunio om
nis suscipiendæ subeundæq; fortunæ
tum mutua consolatio, atq; opis diuin
expectatio: quæ omnia maximè sunt i
pari æquabiliq; coniugio, cùm duo vn
spiritu atq; animo coniuncti inteligun
humanæ vitæ, maximeque Christiana
conditionem, & Deo confidentes, i
eoq; acquiescentes, ita ei adhærescun
vt nullis rebus, nec aduersis, nec pro

speri

ris diuelli poſsint. Denique qui om-
n ſpem ſuam in Deo fixerunt, atq; ea
cauſa ſtudium pietatis magnum ſuſ-
perunt, vt Deum ament, & reuerean-
, hi & præſentia mala moderatè fe-
nt, & ea bona adipiſcuntur, quibus
n poſsint non eſſe læti, atque beati.
bet enim ea pietatis exercitario pro-
ſsiones non futuræ ſolùm vitæ, verùm
am præſentis: multisq; & magnis af-
ıuntur & ornantur Dei beneficijs, qui
m piè colunt, qui ipſum & metuunt
Dominum, & vt Patrem diligunt.
eſtent igitur tantùm coniuges offici-
i ſuum, obeant diligenter ac fideliter
munus, quod à Deo acceperunt:
ſtudioſus ac doctus rem literariam,
or eius cuſtodiam domeſticam: Dei
oriam inprimis quærant, eum in om-
bus quæ ſuſcipient, inuocent: in eius-
e fidem, ac bonitatem ſe permittant:
eo ſinant regi, & protegi iſtam vitam,
i eam etiam effecit: eam totam con-
ant ad eos vſus, ad quos comparata
, ad cultum Dei, ad vtilitatem proxi-
, ad commendationem pulcherrimi
ituti, deniq; ad teſtificationem eius
eſtantiſsimæ ſpei, ad quam à Deo vo-

cati ſunt. Harum omnium rerum ſuſci piant honeſtiſsimum certamen, Deoq; gratiſsimum, vt vterq; in ſuo genere it ſe gerat, vt nihil ſua vocatione indignum committat: ſed eam ita ornet, vt Deu autor eius, ac creator, apud omne quàm optimè audiat. Illud inprimis ca ueant, ne ſe dedant auaritiæ, quod vi tium in coniugio facilimè exiſtit. Du enim ſunt vitia ſtudioſis maximè inimi ca ac infeſta: Libido in voluptatib. mu lierum effrænata, & Cupiditas pecu niæ infinita: quorum alterum plerun affert Cœlibatus, in quo continent carnis perdifficilis eſt: alterum Matri monium, in quo curæ domeſticæ a auaritiam ſolent ſpectare. Vtrunq; ve rò teterrima peſtis, ac pernices inge niorum, atq; ſtudiorum, vt nihil liter dignum nec cogitare, nec facere po ſint, qui ſuum ingenium atque ſtudiu his duobus vitijs dederint. Sed de i temperantia illa carnis extra coniugiu vbique peruagantis antea dixi, & qu modo ea reprimi contineriue poſ oſtendi. Coniugium vnicum eſſe inte perantis, ac impudicæ libidinis rem dium, & vitæ literatæ ornamentum

Libido & Auaritia ſtudioſis infeſta.

mo

…nstraui. Easdem verò vires ad nocen-…m, & corrumpendum animos dico …bere alterum genus libidinis, quod …xplenda pecuniæ cupiditate versa-…: haud scio, an etiam maiores, quàm …m libidinem muliebrem. Nihil enim … quod magis animũ effœminet, vimq; …genij eneruet, quàm studium pecu-…æ, quam (vt ait Salustius) nemo vn-…am bonus appetiuit. Id autem cùm … omni vita, maximeq; coniugata, latè …teat, cauere debent literati, ne omni-… eos attingat, si volunt rectè vti eo in-…tuto, quod ad humanitatem, ad libe-…litatem, ad hominum salutem, ad Dei …oriam est omne conferendum. Rectè …ocrates Sophistas reprehendere sole-…at, quòd ex studio sapientiæ quæstum …cerent, mercede docerent, philoso-…hiamq; quasi artem quæstuosam face-…ent. Genus hominum id erat auarissi-…um, & animo, ingenio, iudicioq; cor-…ptissimum: in quo nulla erat vera, …ec bona doctrina, sed tantùm quædam …genij ostentatio, magis ad turpem …æstum, quàm ad veram doctrinæ lau-…em opportuna. Itaq; id genus homi-…um auaritia vehementer deprauatum

Pecuniæ studium quàm perniciosũ.

Sophistarũ auaritia.

ſapientiſsimus vir meritò inſectabatur quòd ea re, quæ ad humanitatem, ac liberalitatem data eſt, ad quæſtum, & auaritiam turpiſsimè abuterentur. Hoc vitium etiam Diuus paulus vehementer repræhendit, & idololatriam quandā eſſe dicit: idq; cum ab omni vita Christianorum vult abeſſe, tum præcipuè eorum qui religionem docent, & eccleſiam administrant. Ad quorum quidem vitam integram, atq; incorruptam, cùm hæc literarum ratio proximè accedat, debet ea quoq; à pecuniæ ſtudio maximè remota eſſe, eiusq; cupiditatis non modo cirmine, ſed omni etiam ſuſpicione carere. Quapropter non eſt ipſis in eam rationem incumbendum, vt opibus, copijs, ac facultatib. poſsint plurimum: ſed potius in eam, vt ingenio, ſtudio, doctrina bonarum artium valeant, & floreant. His enim rebus potius debent abundare, ac florere, quæ animi atque ingenij ſunt propriæ: quàm his, quarum copia ab hac profeſsione eſt aliena, & in fortunæ poteſtate poſita. Itaq; non tam ipſis ſtudendum eſt, vt patersfamilias locupletes, opulenti, copioſiq; & ſint, & habeantur: quàm ſtudioſi, lite-

Coloſſ. 3.

rati

ri, atque eruditi: nec quæſtuoſi, ac aua-
mercatores: ſed rerum honeſtarum,
q; ingenuarum profeſſores, & docto-
s. In cæteris modeſto homini ac ſtu-
oſo, in iſta quidem vita mediocri for-
na opus eſt, qua & illud otium ſtudio-
m, & ipſum coniugium cõmodè tueri
oſsit. Nam immodeſto, ac intempe-
nti, & ignauo, aut etiam auaro, quid
oſſet eſſe ſatis? Effuſa eſt omnis intem-
erantia, infinita pecuniæ cupiditas, nec
is opibus expleri poteſt. At literati &
oderati hominis ea eſt & natura, &
ſtitutio, ac profeſsio, vt ea fortuna ſit
ontentus, quæ neq; deficiat, neque ni-
ium abundet. : quæ neceſſaria vitæ,
ijque præſidia habeat, aut certè orna-
enta ei profeſsioni debita, ac conue-
entia: vt nulla ſit deſtitutio earum re-
um, quæ ad victum quotidianum per-
nent: & remotis ſordibus, quædam
unditia adſit, atq; elegantia. Quod ſi
principiò non ita ſuppetunt, vt hæc
uieta, & commoda vitæ ratio requirit:
on propterea tamen deſperandum eſt,
eque ſtudium literarum abijciendum,
ec coniugium repudiandum, aut da-
nandum. Deus enim eſt, qui vtrunque

 inſti-

instituit, qui vtrunq; sua prouidentia regit, qui vtriusq; curam se suscepturum & habiturum promisit. Modò nos officio nostro non desimus, ille nobis non deerit. Inseruiamus nostræ vocationi, in eaq; obeunda omnem diligentiam adhibam⁹: quod numus, & quæ dona à Deo acceperimus, consideremus: eaq; omni industria ac labore exsuscitemus, & excolamus, nec extingui, aut etiam imminui ea sinamus. Oremus eum, qui illa dedit, vt ea etiam augeat, atq; fortunet. His nos vtamur ad cõmunes hominum necessitates subleuandas, & ad gloriam Dei illustrandam: non ad quæstum, ad otium, ad voluptatem nostram abutamur: nec perfidiosè ea in re versemur, quæ nobis ad aliorum commodum commissa est, in qua summa integritas & fides postulatur, cuius ratio & aliquando in hac vita, & in futura reposcetur. Itaque cum timore Dei vocatio integrè & castè obeunda est, & obediendum diuinæ voluntati. Qui hac mente atq; animo sunt, & (vt ait Paulus de ministris Ecclesiæ) bonam conscientiam in his studijs præstant, & eam, quam is Apostolus appellat ἀδιαφθορίαν, hi dignissimi sunt,

nt, qui literis præſint, easq́ profitean-
: qui ſe ad hoc genus vitæ à Deo de-
ctos eſſe putant, non vt opes cumu-
nt, aut ſuas expleant voluptates, ſed vt
manas neceſsitates adiuuent, mores
miuum informent, in pietate, iuſticia,
mperantia, non ſolùm docendo, ve-
metiam ſcribendo. Ex hoc genere ra-
, atq́ diuino, fuerunt doctiſsimi, ac
pientiſsimi illi viri Socrates, Plato, A-
toteles, Xenophon, Iſocrates, Cicero,
alij complures: quorum ſtudium in
iuatis, domeſticisq́ rebus amplifican-
s non fuit occupatum, ſed in traden-
s ijs artibus, quæ vitæ humanæ inſti-
endæ ſunt vtiles, & neceſſariæ. Ea enim
ipſerunt, ſcriptaq́ nobis poſtnris re-
uerunt, quibus nec domus vlla, nec
eſpub. carere poteſt. Eadem voluntas
eratis hominibus eſt ſuſcipienda, vt
glectis etiam rationibus priuatis, ve-
nt, ac cupiant vtilitatibus publicis in-
ruire, atq́ conſulere. Neq́ ſolùm aua-
ia, reiq́ familiaris amplificandæ cu-
ditas immoderata fugienda eſt: verùm
iam ambitio ſuam quærens gloriam,
taq́ iſtius ſtudij cõmendatio, & digni-
s eſt ad Dei laudem atq́ honorem re-

ferenda. Is enim finis homini pio eſt proponendus cùm in omni vitæ genere, tum verò in ſtudijs bonarum artium, quibus Deus & inprimis debet, & maximè optimeq́ laudari poteſt. Eſt enim honeſtum atque æquum, vt is præcipuè laudetur ab eo inſtituto, quod non ſolùm ad cognitionem rerum bonarum atq; honeſtarum eſt comparatum, ſed etiam commendationem laudemq́: cuius quidē fructus maximè debet in eum redundare, qui illius autor eſt. Ea autem vis ineſt in omni natura rerum, quæ à Deo ſunt conditæ, vt omnes propè ſuum autorem ac creatorem recognoſcant, & commendent etiam illæ, in quibus nulla non modò ratio & oratio, ſed ne vita quidem ineſt, atque anima, vt etiam ſine voce, ſine ſpiritu Deum ipſum, à quo ſunt creatæ, laudent quodammodo, & prædicent. Multò igitur magis pius vir in id ſtudium diuinæ gloriæ incumbet, eumq́ finem totius vitæ ſuæ ſibi conſtituet, vt is inprimis laudetur, ac honeretur, à quo in eo vitæ genere collocatus eſt: maximè verò literatus, ac doctus, cuius profeſsio vniuerſa honorifica, confeſsio nominis Dei, plena om-

na omnis eius laudis eſſe debet. Neque enim vlla alia eſt vitæ ratio, quæ cum omnes res bonas, tum ipſum Deum, qui eſt optimus, omniq; laude digniſſimus, verius & grauius & ornatius laudare poſsit, quàm hæc vna literarum, in qua eſt cuſtodia omnis memoriæ, & gloriæ: in qua eſt lumen, quod niſi ad res honeſtas, ac præclaras illuſtrandas accendatur, neceſſe eſt vt in tenebris perpetuis ſepultæ iaceant. Quid autem eſt melius, aut præclarius religione? quid à Deo omnibus magis commendatum? Ea igitur vir doctus, ac Chriſtianus, nihil charius, atque antiquius habeat: ad eam illuſtrandam, amplificandamque, omni ſtudio incumbat: itaq; ſe gerat & in ſtudijs, & in omni vita, vt æternam laudem, teſtimoniumq; ſempiternum ei det, à quo eſt & in ea vitæ ratione collocatus, & Chriſtianus appellatus. Nulla eſt certior via ad veram gloriam, quàm Fides, & Charitas: quarum altera laudem Dei, altera vtilitatem proximi habet propoſitam. Quibus duabus virtutibus qui ſunt præditi: hi pij, ac diuini, & filij Dei appellantur: quorum vt ſtudium in proprijs vel voluptatibus, vel

commodis, vel honoribus non fuit occupatum, ita nomen erit æternum. Illa verò ambitio cùm eſt perfidioſa, ac iniuſta, quæ Deo honorem eripit, tum etiam vana & inanis, quæ nullum verum præſtantemq́; fructum gloriæ ſectatur, ſed quendam tantum florem, qui vna cum herba ſubitò extinguetur. Breuis enim & fluxa res humana gloria, quæ cùm à carne ſit profecta, oportet vt iiſdem terminis, quibus caro eſt circumſcripta, definiatur: nec ad diuina, atq; cœleſtia vnquam pertineat. Omnis caro (inquit Propheta) eſt ſicut herba: & gloria eius, velut flos ex herba natus. Illa exciſa exaruit, & flos collapſus emarcuit, atque extabuit. At verbum Dei, eiusq́ue obſeruatio manet in æternum. Quare vt aliquando finem faciam, atq; hanc diſputationem concludam, moneo & hortor omnes ſtudioſos, vt magnitudinem, ac dignitatem ſuæ profeſſionis conſiderent: autoritatem, voluntatemq́; eius, qui illam effecit, & conceſsit, ſemper ſibi proponant: ad eamq́ue omnem rationem vitæ, ac ſtudiorum accommodent: præſtent eam animi integritatem, quam Paulus in miniſtris

Eſaiæ 40.

ſtris

ſtris Eccleſiaſticis requirit, vt munus commiſſum obeant fideliter ac diligenter, in eoq; communi hominum vtiliti, & Dei gloriæ inſeruiant. Si abſq; vxore poſſunt pudicè, ac caſtè viuere: vtantur ita eo dono, atq; otio, vt eius tantæ commoditatis ratio conſtet, fructusque dignus ea libertate ad Rempub. Eccleſiamq; perferatur. Sin vident eam vitæ rationem ad retinendam pudicitiam eſſe difficilem, aut ad ſocietatem hominum colendam parum aptam, aut iniucundam: ſuſcipiant alteram, de qua diſſerui: coniugium amplectantur, & in eo ita viuant, vt oſtendi. Ego quæ de eius dignitate vtilitateq; ſcripſi, nolim eam in partem accipiantur, quaſi ei inſtituto, quod ſum amplexus, magis faueam, quàm communi vtilitati, veritatiq; inſeruiam, & conſulam. Huius mei conſilij atque ſtudij nullum alium magis idoneum teſtem poſſum proferre, quàm conſcientiam meam, & ipſum Deū animi inſpectorem, quem in ſpiritu colo in his literis, qui ſatis ſcit me non tam ſtudio ornandæ eius vitæ, quam ſequutus ſum, quàm demonſtrandæ ac defendendæ veritatis hanc diſputationē, ſcriptionemq;

nemque suscepisse. In qua quidem, vir amplissime, si meum studium tibi probauero, maximum me putabo mei laboris fructum consequutum.

LAVS CONIVGII.

PSAL. CXXVII.

BEATI omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.

DE SCORTATIONE fugienda: & honesto vxoris amore.

PROVER. CAP. V.

LAE-

LAETARE cum muliere adolescentiæ tuæ: cerua charißima, & gratißimus hinnulus. Vbera eius inebrient te in omni tempore: in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris, fili mi, ab aliena: & fouêris in sinu alterius? Respicit Dominus viam hominis, & omnes gressus eius considerat. Iniquitates suæ capiunt impium, & funib. peccatorum suorum constringitur. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, & in multitudine stulticię suę decipietur.

DESCRIPTIO PIAE, & sanctæ, & diligentis Vxoris.

PROVERB. CAP. VLT.

MVLIEREM fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius.

Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit.

Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ.

Quæsiuit lanam, & linum: & operata est consilio manuum suarum.

Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum.

Et de

Et de nocte ſurrexit, deditq; prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.

Conſiderauit agrum, & emit eum: de fructu manuum ſuarum plantauit vineam.

Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit bracchium ſuum.

Guſtauit, & vidit, quia bona eſt negotiatio eius.

Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum.

Manum ſuam aperuit inopi, & plamas ſuas extendit ad pauperem.

Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.

Stragulatam veſtem fecit ſibi: byſſus, & purpura indumentum eius.

Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ.

Sindonem fecit, & vendidit: & cingulum tradidit Chananæo.

Fortitudo, & decor indumentum eius: & ridebit in die nouiſsimo.

Os ſuum aperuit ſapientiæ: & lex clementiæ in lingua eius.

Conſiderauit ſemitas domus ſuæ: & panem otioſa non comedit.

Sur-

Surrexerunt filij eius, & beatiſsimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam.

Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas.

Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominũ ipſa laudabitur.

Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.

FINIS.

LIPSIAE,

IMPRIMEBAT IOANNES STEINMAN,

Anno

M. D. XXCI.

